

ALVARUS

GRAMMATICA

LATINA

PA2084
A4
1900
c.1

010871

EX LIBRIS

HEMETHERII VALVERDE TELLEZ

Episcopi Leonensis

1080022208

EMMANUELIS ALVARI

E SOCIETATE JESU

DE

INSTITUTIONE GRAMMATICA

LIBRI TRES

IN COMMODIOREM ORDINEM DISTRIBUTI

EDITIO SEXTA

BARCINONE
EXCUDEBAT FRANCISCUS ROSALIUS
ANNO MCM

VENDESE
LIBRERIA RELIGIOSA
UNIVERSIDAD AUTONOMA D NUEVO LEON
Capilla Alfonsina
Biblioteca Universitaria
FONDO EMETERIO
UNIVERSIDAD DE NUEVO LEON
Biblioteca Valverde y Tellez
47065

PA2089
A4
1900

UNIVERSIDAD AVTONOMA DE NVEVO LEON
ALERE FLAMMAM VERITATIS

CAPILLA ALFONSINA
FONDO EMETERIO VALVERDE Y TELLEZ

EMMANUELIS ALVARI S. J.

PRAEFATIO

IN COMMENTARIOS

DE INSTITUTIONE GRAMMATICA

Jure optimo labor hic, qualiscumque est, frustra susceptus in tanta librorum multitudine videri posset, nisi singularis illa virtus, qua res parvae crescunt, sine qua maximae dilabuntur, nos tueretur. Etenim, quum patribus nostris illud in primis propositum sit atque ob oculos perpetuo versetur, ut qui Societati Jesu ejusdem Dei Opt. Max. beneficio nomen dedimus, non solum in iis, quae propria ipsius sunt Instituti, verum etiam in rebus, quae minimi videntur esse momenti, concordissime vivamus; visum est ab aliquo nostrum grammaticam artem scribendam esse, qua ubique terrarum, quoad ejus fieri potest, nostri uterentur. Quod onus cum mihi esset impositum, id equidem non meis humeris (scio enim quam sim imbecillis) sed S. Obedientiae viribus fretus, libenter suscepi. Nam ei, qui sponte sua sui juris esse desiit, proprioque judicio atque voluntati propter Deum nuntium remisit, non tam inscitiae nota, quam nec obedientis animi crimen pertimescendum est. Suscepto itaque onere, operam dedi, ne officio meo deessem: fontes ipsos adii M. Varronis Romanorum omnium eruditissimi libros de etymologia atque analogia; duodecim Fabii Quintiliani de institutione oratoria, qui mihi magnum adjumentum attulerunt; Auli Gellii noctium atticarum undeviginti; Probi, Diomedis, Phocae, Donati, Prisciani institutiones grammaticas, ut potui, perlegi, quorum postremus ante mille annos, Justiniani principis aetate, Athenis floruit. Is, praeter caeteros, decem et octo libros scripsit, in quibus passim hominum doctissimorum testimoniis utitur, quorum hodie aut nulla aut perexigua exstant vestigia. Est ille quidem sermone inornato et in-

010871

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

compto, sed multa ac varia eruditione; labitur interdum, ut homo, praesertim ubi latina praecepta ut Graecus, ad Graecorum normam exigit, sed gravissimorum auctorum, quos tertio quoque verbo citat, praeclara atque luculenta doctrina ejus errata obteguntur penitus et obscurantur. De rebus vel minimis tenuissimisque, hoc est, primis elementis, qua fuit diligentia, testes locupletissimos M. Varronem, C. Caesarem, Plinium atque alios quam plurimos producit. Nemo mihi quidem rem grammaticam copiosius, nemo accuratius aut tractasse aut plures veterum grammaticorum commentarios videtur pervolutasse. Quod ad recentiores attinet, eos potissimum evolvimus, qui nobis usui essent futuri. Jactis ad hunc modum fundamentis, ex utrisque grammatices praecepta delegimus, quae Terentii, Ciceronis, Caesaris, Livii, Virgilii, Horatii atque aliorum veterum testimoniis pro nostra tenui infirmaque parte confirmavimus. De his, si qui forte in hunc librum incidissent, breviter putavimus admonendos. Reliquum est, (quoniam librorum infinitus est numerus, scribendorum nullus est finis) ut convenienter divinis praeceptis congruenterque vivamus; ita enim fiet, ut in libro vitae conscripti, Dei Opt. Max. conspectu, cui hoc opusculum dicamus, perpetuo fruamur.

PRAEFATIO

IN NOVAM HANC ALVARI EDITIONEM

I. DE METHODO TRADENDAE GRAMMATICES

Grammatices P. Alvari ea laus extitit singularis, quam praeclarissimi illi viri, quibus Societas Jesu Rationem Studiorum *conficiendam commisit, nobis scriptam prodiderunt. «Si quid, inquiunt, in Syntaxi latinum, purum, tutum, elegans optari potest, id non ex aliis grammaticis, qui ea de re vel falso, vel improprie, vel barbare praeceperunt, sed ex Emmanuele petendum videtur»* [1]. *Externi vero plures iidemque sapientissimi viri quot quantisque eam laudibus decoraverint, nemo est qui nesciat. Quorum inter testimonia duo seligam: clarissimi Morerii alterum asserentis, esse eam «absolutissimam omnium quotquot editae hactenus sunt grammaticam»; alterum Walchii confirmantis, «quicumque posterioribus saeculis latine scirent, ejus (Alvari) ope ac studio hoc eos esse assequutos».*

Dolendum profecto erat, hujusmodi vere aureum librum temporibus hisce nostris vix ab uno aut altero litterarum perito magni fieri, quum praesertim hinc inde libellorum copiam omni saepe auctoritate destitutorum pullulare videremus. Hac enim nostra aetate homines nonnulli, aut penitiore quadam historiae idiomatum cognitione vere eruditi, aut saepius gloriolae novarum rerum studentes, in pristinam docendi methodum tam multa conferunt (quod obsoleta, quod pueris odiosa, quod artis plus habeat quam scientiae, quod inanem verborum strepitum gloriose profiteatur) ut vix ulli persuaseris, posse te in antiquo aliquo grammatico latinam linguam perdiscere. Caecos illos fuisse ac imperitos, passim effutiunt, qui temere ac sine ratione pueros linguam latinam velut aenigma docuerint. Non ut artem, sed ut scientiam grammaticam esse docendam conclamant; suis certis causis vix aliquam formam carere, quibus ineptum esse et iniquum discipulorum

1 *Monumenta Germaniae paedagogica. — Ratio Studiorum et institutiones scholasticae Societatis Jesu per Germaniam olim vigentes collectae concinnatae dilucidatae a* G. M. Pachtler S. J. *vol. 2. pag. 155. Quantum referat optima nostros uti grammatica, quaeve ejusmodi videatur.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

mentes orbare, eisque veluti rationis expertibus res nudas sub fide magistri ediscendas proponere. Non memoriam solum, sed mentem praesertim esse informandam, singularum rerum rationibus afferendis; qua docendi methodo multo leniorem discentibus laborem comparari [1].

Multa in istis recentiorum grammaticorum dictis permiscentur, quae nonnihil a veritate deflectunt; alia sunt etiam quae, quamvis vera, minime opportuna esse videntur. Et quo rectius judicare possimus, quid antiquorum, quid recentiorum methodus ferat explicandum est brevi.

Recentiores id contendunt, ut intimam vocabulorum structuram et quasi genesim, logicam constructionis explicationem, quibus vicissitudinibus et commutationibus lingua sit orta, aucta, perfecta, quid tandem proprium habeat, quid commune cum caeteris linguis intelligant planeque explicent. Hinc Grammatica, *ut ajunt,* historico-comparativa, *in qua prisca, aurea, sequior latinitas, immo osca et umbra barbaries permiscentur; difficillimas saepe et a graecorum indorumve lingua longissime repetitas rationes «obtrudunt infantiae balbutienti et circa prima elementa haesitanti»* [2]; *constructiones substantivorum, adjectivorum, verborumque proprias, maxime vero temporum et modorum significationem et usum ita quibusdam universalibus ideis adscribunt, ut philosophos eos potius quam grammaticos agere existimes. Nullum elegantiae studium, nullus aut scribendi aut loquendi usus, exigua sane auctorum praelectio, superstitiosa anxietas ut formas et constructiones anomalas (quod nomen sensu vacuum esse existimant) ad exactas logicae aut psychologiae leges reducant; moles denique praeceptorum et multitudine et difficultate plane onerosa. Nempe rhetores quosdam imitantur, ut est in Auctore ad Herennium* [3], *qui «ne parum multa scisse viderentur, ea conquisiverunt quae nihil attinebant, ut ars difficilior videretur»; vel, ut scribit P. Perpinianus* [4], *«falsa opinione scientiae inflati, grammaticam tamquam unam aliquam maximarum artium sibi docendam putant»; tandem, ut lepidissimis P. Alvari verbis utar, «nimium sunt grammatici»* [5].

Quam tamen docendi methodum multo faciliorem esse dicunt quam antiquam. Puero balbutienti fere et haesitanti facilius non erit, credo, nudas

1 *Vide* Pezzi. *Grammatica storico-comparativa della lingua latina. Prefazione.*— Schleicher. *Compendio di grammatica comparativa dello antico Indiano, Greco ed Italico. Introduzione allo studio della scienza di linguaggio da* Domenico Pezzi.—Obradors. *Nueva gramática latina según el método histórico comparativo. Primera parte. Prólogo.*

2 Strebaeus. *De electione et oratoria collocatione verborum.* 1. 3.

3 1. 1.

4 *De ratione liberorum instituendorum litteris graecis et latinis. cap.* 1.

5 *n.* 12.

declinandi formas memoriae mandare, quam earumdem in ignota prorsus lingua radices quaerere, priscorum inflexionem vestigare, scire quid sit thematis proprium, quid terminationis, quo pacto utrumque conjungendum, quaenam litterae addendae, quae rejiciendae, quae vero immutandae, ut vix tandem ad id perveniat, quod antiqua methodus sponte et nullis ambagibus offert. Implicatissimae vero illae Syntaxeos quaestiones viris etiam doctrina excultis tantum nonnumquam afferunt difficultatis, ut recte possint illud Terentii grammaticis dicere: «Fecistis probe, incertior sum multo quam dudum» [1]. *Ac ne plura, faciliorem esse hanc methodum inter alios apertissime negant Max Müller* [2] *et Cuervo* [3].

At longe alium scopum antiquiores spectant, longeque aliam ingrediuntur viam. Principio enim quum et mentem et sensum adolescentulorum sibi informandam existiment, ad id vero latini graecique scriptores facile ante alios aptissimi videantur, id unum intendunt, ut aureae illius aetatis monumenta pueri quamprimum et intelligant et imitentur. Ad hoc autem, ut monent Patres ad Rationem Studiorum *scribendam designati «auctorum interpretatio ac stylus longe majoris utilitatis sunt quam praecepta grammatices, quamquam haec ipsa minime negligenda sunt»* [4]. *Propterea «ars litterarum, sic enim praecipit P. Perpinianus* [5], *magna cum cura de multis eligenda,... quae et brevitate memoriae serviat, et perspicuitate ad docendum invitet, et praecipiendi simplicitate intelligentiam adjuvet, et puram et incorruptam latini sermonis integritatem alat et elegantiam». Emmanuel vero noster n. 418 eos reprehendit, qui omnia conclusa praeceptis volunt: «ne nimium sis sollicitus, inquit, rationibus vestigandis: interdum enim pro ratione est voluntas atque usus doctissimorum, quae pluris sunt facienda quam grammaticorum omnium leges. Aliquando enim elegantiam loquutionis omnes admirantur, rationem fortasse nemo facile invenerit. Itaque quum viri docti in grammaticorum leges minime juraverint, observabimus atque colligemus diligenter quae sua sponte eleganter dixerunt, ut ea nobis ad imitandum proponamus, non ut ad grammaticae normam et angustias ea dirigamus. Et, ut quod sentio breviter dicam, si tum ligata, tum soluta oratione emendate aut scribere aut loqui studes, tibi eos qui utraque facultate prae caeteris floruerunt imitandos*

1 *Phorm.* 2. 4. 18.

2 *Lec.* 1.ª

3 *Notas á la Gramática de Bello. Advertencia. — Apuntaciones críticas sobre el lenguage bogotano. Prólogo.* §. 1.

4 *Monumenta Germ. paedag. Rat. Stud. vol.* 2. *p.* 165.

5 *De ratione liberorum instituendorum cap.* 2.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

propone». Idem censet Manutius, dum in eos invehitur qui praeceptorum onere eo desperationis adducunt scholasticos, «ut et scholas et litteras fugiant, et studia, quae amare nondum possunt, maxime oderint» [1]*; idem Ludovicus Vives, qui grammaticos superstitiose anxios objurgat, usumque arti anteponit* [2]*; idem Faeciolati, qui «ubi puer, inquit, nominum ac verborum declinationes memoriae mandavit, paucasque illas in universum regulas probe tenet, quibus tamquam cardinibus tota vertitur latina lingua; quid est cur statim non ad classicum scriptorem ducatur, quem sine intermissione verset, memoriae tradat, habeatque veluti unum ex familia, quicum magistri ope et auxilio familiarissime loquatur ac vivat?»* [3] *Denique afferendus est etiam notissimus ille Ciceronis locus* [4]*: «Caput autem est, quod, ut vere dicam, minime facimus, est enim magni laboris, quem plerique fugimus, quamplurimum scribere. Stylus optimus et praestantissimus dicendi effector et magister.»*

Ex his multisque aliis quae poterant in medium proferri, facile patet, totam antiquiorum methodum praelectione et imitatione auctorum contineri: quod quidem, quum omnes quos diximus praeclarissimi viri aliique quamplurimi [5] *profitentur, tum vero nostra* Ratio Studiorum *longissime ante omnes. Deleres ex hoc libro ea quae praelectionem scriptionemque spectant, nihil profecto reliquum esset, quod aut praeclaras sapientium laudes mereretur, aut quidquam ad excolendos litteris adolescentes emolumenti posset afferre. Et primo quidem illud semper maximi esse momenti in ea ducitur, ut non frigido emortuoque scripti libri silentio, sed viva praeceptoris atque animata voce in scholis pueri doceantur. Nihil ibi antiquius, quam ut grammaticae rhetoricaeque praecepta, necnon et classici auctores a magistro praelegantur, neque alia discipulo intelligendi textus via suppetat, quam ipsa praeceptoris vox: ita enim mirum quantum excitetur, quantum acuatur discentium attentio, qua aviditate doctrina a magistro tradita capiatur. Accedit imperata praelectionis repetitio statim post factam praelectionem exigenda, qua quidem repetitione prius capta doctrina altius in memoria defigitur. Horis praeterea privato studio tributis, semel aut bis fit a discipulo ejusdem repetitae praelectionis alia repetitio,*

1 *Praefatio ad Institutiones.*
2 *De ratione studii puerilis. Epistola* 2.
3 *Oratio 1. Latina lingua non ex grammaticorum libris comparanda.*
4 *De Or.* 1. 33.
5 *Lege* P. Juvencium. *De ratione discendi et docendi. Pars* 4. *cap.* 1. *art.* 2. §. 2 *et* 3. — Simón Abril. *Instrucción acerca de la orden que debe seguir en sus estudios el que de nuevo comienza de aprender lengua latina. — Apuntamientos de cómo se deben formar las doctrinas, y la manera de enseñarlas para reducirlas á su antigua entereza. Bibliot. Rivad. tom.* 65.

in schola tandem ante novam praelectionem iteranda. Adde sabbatinam repetitionem; adde compositionem, in qua et explicata praecepta exerceantur, et praelectae auctoris partes proponantur imitandae; adde continuam memoriae exercitationem, publicas privatasque concertationes, sexcentaque alia media, quae et ipsa varietate tollunt fastidium, et crebra jugique rei ejusdem tractatione doctrinam universam in animis auditorum penitus defigunt.

Forma vero instituendae praelectionis, quod ad praecepta spectat, ad hoc reducitur, ut praecepti sensus aperiatur, subjunctisque classicorum auctorum exemplis tradita doctrina corroboretur. Quod vero pertinet ad auctorem, accipe ex ipsa Studiorum Ratione *in his, quae pro infima grammaticae classe praecipiuntur: «Praelectionis auctorum haec forma sit: primo totam continenter pronuntiet, ejusque argumentum brevissime patrio sermone perstringat. Secundo periodum ad verbum vulgi sermone interpretetur. Tertio a capite recurrens structuram indicet, et periodum retexens, quae verba quos casus regant, ostendat; pleraque ad explicatas grammaticae leges perpendat; latinae linguae observationem unam aut alteram, sed quam facillimam, afferat; metaphoras exemplis rerum notissimarum demonstret; unam denique aut alteram phrasim excerpat, quas solas cum argumento dictabit. Quarto scriptoris iterum verba vernaculo sermone decurrat»* [1]*.*

Quae omnia si juxta regulas cujusque scholae exigantur, ita sperarunt Patres, qui optimum illum librum conscripserunt, brevissime profecturos scholasticos, ut ab his perpetuum loquendi latine usum severissime requirant. Quod quidem, auctoribus Perpiniano et Alvaro, vel ab ipsa nominum inflexione quodammodo tentandum est, «ut etiamsi nulla didicerunt adhuc praecepta loquendi, tamen, ut aves nonnullas facere videmus, imitatione jam assuescant latine loqui» [2]*; «et prius discant bene latine loqui, quam causas bene loquendi»* [3]*.*

At exercenda est, inquiunt recentiores, mens et ratio puerorum. Optime inquam. Exercemus praeclaris auctoribus intelligendis et imitandis [4]*, quaestionibus de grammatica, de praelectione, de scriptione, de omnibus proponendis, perpetua tandem decertantium aemulatione. Et tamen certum est, mentem scientiis praesertim esse postea informandam, tenendumque quod praecipit Quintilianus* [5]*: «Initia litterarum sola memoria constant, quae*

1 *Reg. prof. Inf. Gramm.* 6.
2 P. Perpinianus. *De rat. lib. inst. cap.* 3.
3 P. Alvarus *n.* 28.
4 *Cf. La Question des Humanités par* Jules Verest S. J. *cap.* 2.
5 *Inst. Orat.* 1. 1.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

non modo jam est in parvis, sed tum etiam tenacissima est. Id imprimis cavere oportet, ne studia qui amare nondum potest oderit, et amaritudinem semel perceptam etiam ultra rudes annos reformidet. Lusus hic sit, et rogetur, et laudetur, et numquam non fecisse se gaudeat; aliquando ipso nolente doceatur alius, cui invideat; contendat interim, et saepius vincere se putet, et praemiis etiam quae capit illa aetas evocetur.»

Quid ergo, inquies, spectatissima recentiorum grammaticorum scientia contemnenda est aut saltem omittenda? Minime vero. Praeclaram operam litteris navant illi quidem, quam nemo, qui omnino litteratus esse velit, sine jactura omiserit. Verum «aliud est, scribit P. Alvarus n. 5, rationem viamque tradere qua latinam linguam discas, aliud grammaticae quaestiones explicare nodosque difficiles expedire. Hic et articulis licet utare, et aliis quae grammaticorum quidem sunt propria, sed a latini sermonis cultu et elegantia longe alienissima: illinc omnia quae potius impedimento quam emolumento esse possunt, omnino, quoad ejus fieri possit, removenda sunt». Optima sunt illa sane, sed a prima linguae cognitione valde diversa [1]*: sicut toto caelo inter se differunt historica narratio, et rerum gestarum ad philosophicas regulas explicatio; aut geographica terrae descriptio, et causarum nexus vicissitudinesque, quibus a primaeva mundi origine ad hodiernam conformationem tandem pervenerit. Jam vero nemo erit tam omni sensu destitutus, ut geographiam aut historiam pueros docturus, ab historica, ut ajunt, crisi aut a geologicis legibus capiat initium. Praeclare ergo* Ratio Studiorum *quaecumque ad verborum originem et linguarum comparationem pertinent, ad supremos Grammaticos vel potius ad Humaniores revocavit* [2]*. Nec aliud isti ipsi recentiores faciunt, quum gallicam linguam, aut germanicam, aut anglicam edocendam assumunt: hic causas eorum quae docent nihil curant, sed perpetua legendi, loquendi, scribendique exercitatione discipulos continent, unde methodi Ollendorff, Ahn, Robertson et hujus generis aliae ortum duxerunt.*

Illud etiam vitium hodiernas scholas fere omnes invasit, quod latinam linguam vernaculis cancellis ita constringunt, ut latinae quidem voces, si modo latinae sunt, barbarum quid sonare videantur. Grammatice loquuntur, ut scribit Quintilianus [3]*, latine minime. Quod iis fere accidit, qui tempus omne insumunt paucis quibusdam vernaculis loquutionibus latine efferendis, iisdemque mille modis inflectendis, qui vix adeunt probatos lati-*

1 *Cf.* Bopp. *Grammaire comparée des langues Indo-Européennes. Paris. 1885, vol. III. Introduction par* M. Michel Bréal *pag. V.*
2 *Reg. prof. Supr. Gram. 5. et Reg. prof. Hum. 5.*
3 *Inst. Orat. 1. 6.*

nitatis auctores, eosdemque numquam imitantur. Habet lingua latina propriam quamdam verborum conjunctionem, «quam qui non observat, ait Cornelius Valerius [1]*, nec delectum habet ullum, is barbarica phrasi omnem pervertit latinitatem». Recte P. Alvarus* [2]*: «Illud etiam atque etiam eos rogatos velim, qui hunc libellum sunt lecturi, ut ne aegre ferant, si Syntaxeos praecepta pluribus interdum illustrata exemplis offenderint: neque enim casu aut temere, sed consulto et cogitato id factum est. Nam quum Grammaticae praeceptiones aridae, jejunae et insulsae ipsae per se sint, nisi veterum scriptorum nitore et elegantia condiantur, brevi domestica barbarie latinae linguae rudes infuscabunt»* [3]*.*

II. QUID PRAESTITUM SIT IN HAC EDITIONE

Reliquum est ut de praesenti P. Emmanuelis editione pauca dicamus. Quantum licuit, P. Alvari ordinem et verba religiose retinuimus; nonnulla tamen more et exemplo Tursellini et Paria, praesertim vero de sententia illorum Patrum qui Rationem Studiorum *Societatis Jesu conscripserunt, censuimus immutanda.*

In Analogia.—*Primum igitur librum, qui est de Analogia, in duas partes distribuimus, quarum prima, ut Patres illi praecipiunt, tradit breves et perspicuas singularum partium orationis descriptiones, simplices substantivorum, adjectivorum et pronominum declinationes, verbum* sum *et quatuor conjugationes verborum. «His vero expositis, inquiunt* [4]*, et memoriae mandatis, statim ad concordantias veniendum esset, et a concordantiis ad Syntaxim pedetentim per quotidianam thematum compositionem: haec enim est quae longo usu debet latinam linguam pueris reddere familiarem. Toto vero tempore, quod concordantiis et scribendis thematibus impenditur, simul exerceantur pueri in intelligendis et discendis declinationibus ac conjugationibus, quae supra fuerant omissae ex Emmanuele. Hae namque colligendae forent in unum et collocandae post quatuor simplices verborum conjugationes, ut post has certo quodam diei tempore exponantur et memo-*

1 *In fine Syntaxeos.*
2 *n.* 220.
3 Multa etiam de magistro, de scriptione, de concertatione dicenda erant, nisi praefationis angustiis impediremur: quae qui cupiat, adeat probatos antiquitatis auctores, maxime vero Rationem Studiorum, eaque quasi commentaria quae hujus libri auctores nobis prodiderunt *(Mon. Ger. paed. Rat. Stud. vol. 2)*, adeat P. Perpinianum *(De rat. lib. inst.)* P. Juvencium *(De ratione disc. et doc.)*, P. Sacchinum *(Paraenesis ad magistros scholarum inferiorum)*, aliosque quamplurimos.
4 *Mon. Germ. paed. Rat. Stud. vol. II.* Lege, si lubet, integrum caput III p. 455 «*Quantum referat optima nostros uti grammatica quaeve ejusmodi videatur*»; itemque inferius p. 483 «*Fines atque exercitationes scholae Grammaticae et Humanitatis*».

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

riter reddantur.» Igitur post quatuor verborum conjugationes addidimus breve et facile compendium Syntaxeos, exceptiones vero et alia quae omissa fuerant, in alteram partem conjecimus. Huic autem libro subjiciendas censuimus breves appendices minutissimis litterarum formis excusas, in quibus, praeter alia, nominum et verborum inflexio ad recentiorum grammaticorum placita nonnihil explicatur. Etsi enim a praxi quam intendimus est hoc alienissimum, tamen necessarium erit pluribus, quibus est in publicis lyceis periculum subeundum, et ab aliis requiretur, qui optimam censent esse grammaticam, quae utramque methodum complectatur: «Una prudente alianza del método dogmático, que reduce á fórmulas precisas lo que permite el uso culto ó literario, y del histórico que puestos los ojos en el desenvolvimiento de la lengua, explica cada hecho por sus antecedentes comprobados, debe ser hoy por hoy el ideal de una buena gramática» [1]. *Quae tamen ita sunt disposita, ut omitti sine ullo incommodo possint; nec umquam docenda sunt, quin omnia quae ad praxim spectant discipuli ad unguem noverint. Quod si ita fiat,* Rationi Studiorum *erit apprime consonum, nedum ipsi adversetur. Multa praeterea, eaque summe utilia, in primi libri commentariis ab auctore pertractata, maxime de significatione et usu modorum et temporum, quod tironum captum excedant, in cap.* 12-15 *Syntaxeos relegavimus, atque commodiore ordine exposuimus.*

In Syntaxi.—*In altero etiam libro consiliis Patrum* Rationis Studiorum *standum judicavimus, qui omnium verborum constructionem volunt «divisam in ordines activorum, passivorum, neutrorum, communium, deponentium, impersonalium. Activa quoque, addunt, in suas classes bene latina et perspicua oratione subdividantur, quas ponit Emmanuel. In qualibet vero classe ponatur mediocris aliquis et selectus sane numerus verborum, quae essent ex solo Emmanuele desumenda, quia eorum constructiones et significationes fidelius quam caeteri observavit; ponantur vero seorsim verba singula cum suo vulgari significatu, quia singularia et simpliciter tradita puerorum ingeniis apliora sunt, et inhaerent altius: discunt enim more psitacorum, potius ex impressione sensuum quam ex acrimonia judicii haec et illa conferentis aut connectentis.» «Et quoniam imbecillitati puerilis ingenii sic consulendum est, ut quum paulo magis confirmatum fuerit, non defraudetur perfectione doctrinae, non ab re fuerit ad finem primae classis activorum (idem judicium sit de aliis classibus tum activorum, tum neutrorum et aliorum) post simplicem verborum ad eam classem spectantium enumerationem, subjicere tamquam appendicis loco ex Emmanuele observa-*

1 Cuervo. *Gramática de* Bello. *Notas. Advertencia.*

tiones quasdam utiliores de significatu seu constructione cujusque verbi seorsim» [1]. *Quod quidem ita factum est, ut singulis eorum catalogorum verbis brevissimum etiam exemplum adjecerimus; haec enim exempla licet memoriter non discantur, exercitationi et concertationi erunt utilissima.*

Jam ut doctrinae partitionem teneas, quae P. Alvarus appendicibus distinxit, ea nos formis litterarum magnitudine diversis expressimus. Igitur quae grandibus characteribus continentur ad mediam scholam pertinent, ad supremam vero quae mediis formis sunt excusa; quae vero minutissimis typis praecipiuntur, ea quidem cum aliis praeceptis memoriae mandanda non sunt, sed notanda, quum aut in praelectione aut in scriptione ibi tradita doctrina occurrat.

Modi quo pacto explicandi.—*Capita autem* 12-15 *in quibus temporum modorumque usus explicatur, summa industria sunt tradenda, difficiliora enim sunt, quam ut ea pueri plane intelligere possint; eorumque doctrina ex iis est quae ad usum maxime pertinent; qua de causa eam P. Alvarus sparsim per commentarios indicavit, vix aliqua conclusit praeceptis. Nos tamen eam in unum locum contractam paulo uberius exposuimus, quod licet praecepta nihil valeant sine exercitatione, tamen si perpetuae auctorum lectioni et diuturno usui accesserit quidam ordo conformatioque doctrinae, et clarius percipiuntur quae didicimus, et animo altius inhaerent. Hic ergo in primis opus est illa praeceptione: «pueri prius discant bene latine loqui quam causas bene loquendi.» Quapropter Magister si sapiet, quum unum aliquem modorum usum saepius in praelectione invenerit, eumque discipuli et intellexerint et longo usu et imitatione versaverint; tunc praeceptum explanabit, iteratisque exemplis diuturnaque exercitatione in puerorum mentibus curabit defigendum. Nec propositionum nomina superstitiose exigat, nec omnes exceptiones primo velit inculcare: rem ipsam primum quaerat, deinde vero quum praecipua doctrinae capita pueri jam teneant, juvabit integrum caput percurrere, eaque mandare memoriae quae emolumento esse poterunt; quae vero praxi officiant potius quam prosint, aut certe praeceptorum opem non requirant, prorsus omittantur. Denique exempla probatorum auctorum, quum in tota Syntaxi pluris quam praecepta facienda sunt, tum in his abstrusioribus quam maxime: nam praecepta non solum jejuna per se sunt, sed etiam brevi lapsu temporis delentur; exempla vero et ad imitandum ipsa invitant, et semel optime percepta vix umquam e memoria excidunt. Nonnumquam etiam peregrina quaedam nomina repe-*

1 *Mon. Ger. paed. Rat. Stud. vol. II. p. 457.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ries, quae quia eorum commodo inducta sunt, qui haec scire tenentur, recte feceris si ea, quum inoportuna videantur, omiseris.

In Prosodia.—*Atque idem fere tenendum de capitibus* 8 *et* 10 *libri tertii, ubi ars metrica et accentuum ratio subtilius enucleantur. Aliqua sunt quae ars omnino requirit, ne aut manca sit aut in errorem inducat; quae tamen ipsa discentium commodo plurimum adversantur, si traduntur sine ratione ac methodo.*

Illud jam reliquum est praeceptores adhortemur, ad explicandas Alvari institutiones ut juxta eam methodum, ad quam ipse doctrinam accommodavit, se conferant. Vosque, ingenui adolescentes, quorum maxime gratia molestiae hoc, quodcumque fuit, ac laboris libentissime pertulimus, alacritate in studiis vestra, atque ardore quodam amoris id efficiatis, ut nostri nos laboris ac diligentiae numquam non modo poeniteat, sed ad majora aliquando in commodum utilitatemque vestram enitamur.

DIVISIO GRAMMATICAE

PRO TRIBUS DISCIPULORUM CLASSIBUS SIVE SCHOLIS

- **Classis infima.**
  - Ordo inferior.
    - Communes declinationes nominum.
    - Communes conjugationes verborum.
    - Praecepta generalia de constructione.
    - Genera nominum.
    - *(Ea vero sunt in hac editione: Libri* 1.[i] *Pars* 1.[a] *et Partis* 2.[ae] *caput* 3.[um]*).*
  - Ordo superior.
    - Quae supersunt ex declinationibus et conjugationibus.
    - Praeterita et supina.
    - Introductio ad Syntaxim.
    - *(Libri* 1.[i] *Pars* 2.[a] *et aliqua ex Libro* 2.[o]*).*
- **Classis media.**
  - Quae faciliora sunt ex Syntaxi, excepta figurata constructione.
  - *(Libri* 2.[i] *praecepta magnis litterarum formis expressa).*
- **Classis suprema.**
  - Quae supersunt ex Syntaxi naturali.
  - Syntaxis figurata.
  - Ars metrica.
  - *(Libri* 2.[i] *quae typis secundi ordinis traduntur et Liber* 3.[us]*).*

N. B. 1.° «In unaquaque classe ea semper quae in schola proxime inferiore tradita sunt recurrantur.» (Reg. Comm. 12).

N. B. 2.° Quae infimis litterarum formis traduntur in tota hac editione, ea memoriae mandanda non sunt continenter cum aliis; sed pro necessitate atque opportunitate, sive dum discuntur praecepta, sive dum auctor explicatur, breviter indicentur. (Cf. Praef. n. II).

N. B. 3.° Numeri quadratis uncinis conclusi [ ] numeros exprimunt Commentariorum ipsius P. Alvari juxta editionem quam anno 1859 Parisiis excudebant Adrianus Le Clere et Soc.; qui vero rotundis continentur ( ), ad paragraphos hujus editionis referendi sunt.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

LIBRO PRIMERO

ANALOGÍA

PARTE PRIMERA

NOCIONES PRELIMINARES [101]

1. **Gramática latina.** — Es el arte de hablar y escribir correctamente la lengua latina (1).

La voz *Gramática* viene de la griega γράμμα, τος, *letra*. *Idioma* es el conjunto de palabras y modos de hablar de un pueblo ó nación.

(1) Haec praemittimus, non quod scitu necessaria sint latinitatis studium suscipientibus, sed quod utilia videri possunt iis, qui in publicis gymnasiis sunt periculum subituri.

Praeceptor ne sit nimius in definitionibus exigendis, sed statim, ad ulteriora exercitia gradum faciens, de his descriptionibus quantum necesse sit, nec amplius, requirat: quas initio omiserit, discipulis temporis tractu instillet. Quod si in inferioribus scholis hispanicae orationis partes recta analysi cognoscere didicerunt, non erit in his modo immorandum.

Ne alumni diversis temporibus diversas definitiones ediscere debeant, has prae aliis exhibemus, quae in scholis fere praevaluerunt et ad pericula in Lyceis subeunda sunt aptiores. Placet hodiernis grammaticis ex rerum notione nominum definitiones magis philosophicas haurire. Emmanuel vero noster, puerilis ingenii bene cognitor, satius duxit ex accidentibus grammaticalibus, vel ex aliis quibusdam notis captu facilioribus voces definire, earum quasi conspectum oculis objiciendo. Propterea constituit: «Nomen est pars orationis, quae casus habet, neque tempora adsignificat:» «Substantivum nomen est quod per se in oratione esse potest:» «Verbum vero est pars orationis, quae modos et tempora habet, neque in casus declinatur.»

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

2. **Partes de la Gramática.** — Son cuatro: *Analogía, Sintaxis, Prosodia* y *Ortografía*.

Analogía (de ἀναλογία, *proporción, relación*). — Es la parte de la Gramática que enseña el valor gramatical de las palabras con todos sus accidentes y propiedades.

Sintaxis (del griego συντάσσω, *ordenar*). — Es la parte de la Gramática que enseña la construcción de las palabras y el enlace de las oraciones gramaticales.

Prosodia (de πρός, *para* y ᾠδή, *el canto*). — Es la parte de la Gramática que enseña la recta pronunciación y acentuación de las letras, sílabas y palabras.

Ortografía (de ὀρθός, *recto* y γράφω, *escribir*). — Es la parte de la Gramática que enseña á emplear debidamente las letras y demás signos auxiliares de la escritura.

3. **Partes de la oración.**—En latín son nueve. *Nombre sustantivo, nombre adjetivo, pronombre, verbo, participio, preposición, adverbio, conjunción é interjección*. Las cinco primeras son variables y las otras cuatro invariables.

4. **Accidentes gramaticales.**—El nombre, pronombre y participio tienen tres; *género, número* y *caso:* el verbo cinco; *persona, número, tiempo, modo* y *voz*.

CAPÍTULO I

DECLINACIONES DEL NOMBRE SUSTANTIVO

5. **Nombre sustantivo.** — Es aquella parte de la oración que sirve para llamar ó dar á conocer las cosas, como *vir*, el varón; *virtus*, la virtud; *Deus*, Dios. Dícese también simplemente *nombre* ó *sustantivo*. Se conoce porque puede ir solo en la oración.

6. Cinco son en latín las declinaciones, y se distinguen por el genitivo. Los nombres de la primera lo tienen en *ae*, como *Musa, musae*, la musa; los de la segunda en *i*, como *Dominus, domini*, el señor; los de la tercera en *is*, como *Sermo, sermōnis*, el discurso; los de la cuarta en *us*, como *Sensus, sensus*, el sentido; y los de la quinta en *ei*, como *Dies, diēi*, el día.

Los números son dos: *singular* y *plural*.

Los casos son seis: *nominativo, genitivo, dativo, acusativo, vocativo* y *ablativo*.

ARTÍCULO I. PRIMERA DECLINACIÓN [2]

7. **Musa,** nombre sustantivo de la primera declinación, del género femenino, se declina del modo siguiente:

NÚMERO SINGULAR		NÚMERO PLURAL	
Nom.	Mus-ă. . *la musa.*	Mus-ae.. . . .	*las musas.*
Gen.	Mus-ae. *de la musa.*	Mus-ārum. . .	*de las musas.*
Dat.	Mus-ae. *á, para la musa.*	Mus-īs.	*á, para las musas.*
Acus.	Mus-am. *á la musa.*	Mus-ās.. . . .	*á las musas.*
Voc.	Mus-ă. . *¡oh musa!*	Mus-ae.. . . .	*¡oh musas!*
Abl.	Mus-ā. . *con, de, en, por, sin, sobre la musa.*	Mus-īs.. . . .	*con, de, en, por, sin, sobre las musas.*

Ejercicios de declinación: Luna, ae; Palma, ae; Mensa, ae; Poena, ae; Culpa, ae; Victoria, ae; Maria, ae; Roma, ae; Corona, ae; Figura, ae; Memoria, ae; Historia, ae; Medicina, ae; Arithmetica, ae; Grammatica, ae; etc.

Luna alta; Rosa pura; Poena dura; Culpa funesta; Corona perpetua; Figura perfecta; Medicina molesta; Victoria magnifica; Grammatica necessaria; Arithmetica fastidiosa; etc.

Al estudiar la segunda parte de la Analogía y juntamente repasar esta primera, declinense concordancias más difíciles, v. gr.: Haec musa dulcis; Haec poena atrox; Hic nauta *(marinero)* vigilans *(vigilante)*; Hic poeta optimus; Maria mater nostra; Haec stella clara et rutilans; etc.

ADMONITIONES (1)

8. I. Assuescant pueri in ipso aditu vestibuloque Grammaticae adjectivi ac substantivi nominis consensum concordiamque degustare, ac rectae constructionis partem, licet imprudentes, experiri: ita enim fiet ut assidua exercitatione tum expeditius, tum

(1) Placuit restituere P. Emmanueli adnotationes, quibus olim suum Grammaticae opus adornavit: nec pigebit ex PP. Tursellino, Perpiniano, Juvencio, aliisque praeclaris professoribus admonitiones quasdam perquam utiles ac vere aureas exscribere.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

facilius et scribant et loquantur. Ne tamen varietate flexionum imperiti adolescentuli implicentur, soluta primum nomina declinent: paulo post adjectiva ejusdem formae atque exitus cum substantivis copulabunt: quae autem figura ab iisdem discrepant non statim, sed post aliquod tempus, declinanda sunt. Sed danda opera est, ut haec omnia et pura sint et a bonis auctoribus petita; non insulsa, nec temere congesta.

II. In scribendo pari industria adolescentes per gradus promovendi sunt. Argumentum enim scriptionis, nisi ex cogitato dictetur, saepe puerilia ingenia non tam exercet, quam torquet, et undique collectae loquutiones horridiorem creant sermonem. Quae primum sumuntur soluta nomina, deinde verba, phrases et orationis ornamenta, si ex ipsa praelectione plerumque hauriantur, purum sermonem conservant et ab omni vitio remotum.

ARTÍCULO II. Segunda declinación [4]

9. **Dominus,** nombre sustantivo de la segunda declinación, del género masculino, se declina como sigue:

NÚMERO SINGULAR		NÚMERO PLURAL	
N. Domĭn-us. .	*el señor.*	Domĭn-ī. . . .	*los señores.*
G. Domĭn-ī. . .	*del señor.*	Domĭn-ōrum. .	*de los señores.*
D. Domĭn-ō. . .	*á, para el señor.*	Domĭn-īs. . . .	*á, para los señores.*
A. Domĭn-um.	*al señor.*	Domĭn-ōs. . . .	*á los señores.*
V. Domĭn-ĕ. . .	*¡oh señor!*	Domĭn-ī. . . .	*¡oh señores!*
A. Domĭn-ō. . .	*con, de, en, por, sin, sobre el señor.*	Domĭn-īs. . . .	*con, de, en, por, sin, sobre los señores.*

10. **Puer** y los demás nombres de esta declinación cuyo nominativo no termina en *us* hacen el vocativo como el nominativo. Por ejemplo:

NÚMERO SINGULAR		NÚMERO PLURAL	
N. Puĕr. . . .	*el niño.*	Puĕr-ī.	*los niños.*
G. Puĕr-ī. . .	*del niño.*	Puĕr-ōrum. . .	*de los niños.*
D. Puĕr-ō. . .	*á, para el niño.*	Puĕr-īs. . . .	*á, para los niños.*
A. Puĕr-um. .	*al niño.*	Puĕr-ōs. . . .	*á los niños.*
V. Puĕr. . . .	*¡oh niño!*	Puĕr-ī.	*¡oh niños!*
A. Puĕr-ō. . .	*con, de, en, por, sin, sobre el niño.*	Puĕr-īs. . . .	*con, de, en, por, sin, sobre los niños.*

11. **Templum,** nombre sustantivo, de la segunda declinación, del género neutro, se declina de la manera siguiente:

NÚMERO SINGULAR		NÚMERO PLURAL	
N. Templ-um.	*el templo.*	Templ-ă. . . .	*los templos.*
G. Templ-ī. .	*del templo.*	Templ-ōrum. .	*de los templos.*
D. Templ-ō. .	*á, para el templo.*	Templ-īs. . . .	*á, para los templos.*
A. Templ-um.	*al templo.*	Templ-ă. . . .	*á los templos.*
V. Templ-um.	*¡oh templo!*	Templ-ă. . . .	*¡oh templos!*
A. Templ-ō. .	*con, de, en, por, sin, sobre el templo.*	Templ-īs. . . .	*con, de, en, por, sin, sobre los templos.*

Observación. Todos los nombres neutros latinos tienen el acusativo y vocativo del singular igual al nominativo, y en el plural estos tres casos terminan en *ă*.

Declínense: Globus, i; Campus, i; Mundus, i; Nidus, i; Angelus, i; Medicus, i; Musicus, i; Discipulus, i; Condiscipulus, i; Vir, i; Liber, bri (1); Magister, tri; Astrum, i; Vinum, i; Decretum, i; Edictum, i; Unguentum, i; Imperium, i; Testamentum, i; Monumentum, i; etc.

Clavus durus; Murus altus; Campus amoenus; Globus perfectus; Musicus funestus; Medicus necessarius; Discipulus magnificus; Condiscipulus fastidiosus; Magister sanctus; Liber perversus; Templum sanctum; Monumentum aeternum; Imperium odiosum; etc.

Otros ejemplos para el repaso: Hic puer sagax; Hic vir prudens; Haec cedrus speciosa, *hermosa;* Haec populus *(el álamo)* procerissima, *altísima;* Hoc saxum *(el peñasco)* ingens, *grande;* Hoc beneficium illustre; Hoc studium utile; etc.

ARTÍCULO III. Tercera declinación [5]

12. **Sermo,** nombre sustantivo imparisilábico, de la tercera declinación, del género masculino, se declina de esta forma:

NÚMERO SINGULAR		NÚMERO PLURAL	
N. Sermo. . .	*el discurso.*	Sermōn-ēs. . .	*los discursos.*
G. Sermōn-is.	*del discurso.*	Sermōn-um. .	*de los discursos.*
D. Sermōn-ī. .	*á, para el discurso.*	Sermon-ĭbus. .	*á, para los discursos.*
A. Sermōn-em.	*al discurso.*	Sermōn-ēs. . .	*á los discursos.*
V. Sermo. . .	*¡oh discurso!*	Sermōn-ēs. . .	*¡oh discursos!*
A. Sermōn-ĕ. .	*con, de, en, por, sin, sobre el discurso.*	Sermon-ĭbus. .	*con, de, en, por, sin, sobre los discursos.*

(1) El nombre *puer* conserva la *e* del tema en todos los casos; pero la mayor parte de los terminados en *er*, como *liber, libri* etc., solamente retienen la *e* en el nominativo y vocativo del singular para facilitar la pronunciación.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

31. **Avis,** nombre sustantivo parisilábico, de la tercera declinación, del género femenino, se declina en la forma siguiente:

NÚMERO SINGULAR		NÚMERO PLURAL	
N. Av-is. . . .	*el ave.*	Av-ēs.	*las aves.*
G. Av-is. . . .	*del ave.*	Av-ĭum. . . .	*de las aves.*
D. Av-ī.	*á, para el ave.*	Av-ĭbus. . . .	*á, para las aves.*
A. Av-em. . . .	*al ave.*	Av-ēs.	*á las aves.*
V. Av-is. . . .	*¡oh ave!*	Av-ēs.	*¡oh aves!*
A. Av-ĕ. . . .	*con, de, en, por, sin, sobre el ave.*	Av-ĭbus. . . .	*con, de, en, por, sin, sobre las aves.*

14. **Tempus,** nombre sustantivo, de la tercera declinación, del género neutro, se declina así:

NÚMERO SINGULAR		NÚMERO PLURAL	
N. Tempus. .	*el tiempo.*	Tempŏr-ă. . .	*los tiempos.*
G. Tempŏr-ĭs.	*del tiempo.*	Tempŏr-um. .	*de los tiempos.*
D. Tempŏr-ī. .	*á, para el tiempo.*	Tempor-ĭbus. .	*á, para los tiempos.*
A. Tempus. .	*al tiempo.*	Tempŏr-ă. . .	*á los tiempos.*
V. Tempus. .	*¡oh tiempo!*	Tempŏr-ă. . .	*¡oh tiempos!*
A. Tempŏr-ĕ. .	*con, de, en, por, sin, sobre el tiempo.*	Tempor-ĭbus. .	*con, de, en, por, sin, sobre los tiempos.*

Ejercicios de esta declinación: Sol, solis; Leo, ōnis; Cantor, ōris; Pastor, ōris; Amor, ōris; Color, ōris; Dolor, ōris; Consul, ŭlis; Proconsul, ŭlis; Centurio, ōnis; Opinio, ōnis; Imago, inis; Pater, tris; Ovis, is, *la oveja;* Collis, is, *la colina;* Nubes, is; Hostis, is, *el enemigo;* Marmor, ŏris; Nectar, ăris; Crimen, inis; Robur, ŏris, *la fuerza;* Flumen, inis, *el río;* Certamen, inis; Cadaver, ĕris; Volumen, inis; etc.

Otros ejemplos: Hic sermo elegans; Hic panis quotidianus; Haec virtus admiranda; Haec oratio elegantior, *más elegante;* Hoc flumen velox; Hoc corpus perspicuum, *brillante;* Hic et haec civis, *el ciudadano;* Hic et haec hostis; Hic civis romanus; Haec civis romana; Hic parens *(el padre)* sollicitus et amabilis; Haec parens *(la madre)* sollicita et amabilis; etc.

ARTÍCULO IV. CUARTA ~~CONJUGACIÓN~~ DECLINACIÓN [6]

15. **Sensus,** nombre sustantivo, de la cuarta declinación, del género masculino, se declina del siguiente modo:

NÚMERO SINGULAR		NÚMERO PLURAL	
N. Sens-us.. .	*el sentido.*	Sens-ūs. . . .	*los sentidos.*
G. Sens-ūs. .	*del sentido.*	Sens-ŭum. . .	*de los sentidos.*
D. Sens-ŭī.. .	*á, para el sentido.*	Sens-ĭbus. . .	*á, para los sentidos.*
A. Sens-um. .	*al sentido.*	Sens-ūs. . . .	*á los sentidos.*
V. Sens-us.. .	*¡oh sentido!*	Sens-ūs. . . .	*¡oh sentidos!*
A. Sens-ū. . .	*con, de, en, por, sin, sobre el sentido.*	Sens-ĭbus. . .	*con, de, en, por, sin, sobre los sentidos.*

16. **Genu,** nombre sustantivo, de la cuarta declinación, del género neutro, se declina de este modo:

NÚMERO SINGULAR		NÚMERO PLURAL	
N. Gen-ū. . .	*la rodilla.*	Gen-ŭă. . . .	*las rodillas.*
G. Gen-ūs. . .	*de la rodilla.*	Gen-ŭum.. . .	*de las rodillas.*
D. Gen-ū. . .	*á, para la rodilla.*	Gen-ĭbus.. . .	*á, para las rodillas.*
A. Gen-ū. . .	*á la rodilla..*	Gen-ŭă. . . .	*á las rodillas.*
V. Gen-ū. . .	*¡oh rodilla!*	Gen-ŭă. . . .	*¡oh rodillas!*
A. Gen-ū. . .	*con, de, en, por, sin, sobre la rodilla.*	Gen-ĭbus.. . .	*con, de, en, por, sin, sobre las rodillas.*

Pueden declinarse: Versus, us; Manus, us; Cantus, us; Gustus, us; Fructus, us; Defectus, us; Progressus, us; Transitus, us; Terremotus, us; Aquaeductus, us; Cornu, Veru *(el asador);* etc.

Cantus festivus; Manus blanda; Fructus maturus; Defectus occultus; Progressus rapidus; Transitus durus; Cornu durum; Veru ferreum; etc.

Ejemplos más difíciles: Gustus suavis; Cantus dulcis; Terremotus atrox; Hic exercitus fortis; Hic portus capax; Hic fluctus *(la ola)* ingens; Hic currus *(el carro)* velox; Haec nurus *(la nuera)* ingrata; Haec porticus *(el pórtico, el atrio)* speciosa; Hoc genu tumens *(hinchada);* Hoc cornu durum; Hic sensus acer *(penetrante)* et acutus; Hic census *(la renta, hacienda)* amplus et immensus; etc.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ADMONITIO

17. Tradat magister nonnumquam praecepta recte scribendi faciliora, exempli causa: ante *b*, *p*, *m*, semper scribendam esse litteram *m*, ut *ambo*, *campus*, *commodum*. Numquam eamdem consonantem in initio aut exitu dictionis geminari. Si eadem in medio geminetur, non esse utramque initio aut fine versus scribendam, sed alteram in fine, alteram initio.

Indicabit etiam quid signa ¯ ˘ vocalibus imposita significent, et quo modo vocabulorum pronunciatio pendeat a quantitate.

His aliisque facilioribus praeceptis, quae, data occasione, professor suggeret, fiet ut sensim sine sensu addiscant pueri accuratissime scribere et loqui.

ARTÍCULO V. Quinta declinación [7]

18. **Dies,** nombre sustantivo, de la quinta declinación, del género masculino, se declina de la siguiente manera:

NÚMERO SINGULAR		NÚMERO PLURAL	
N.	Di-ēs. . . .	*el día.*	Di-ēs.	*los días.*
G.	Di-ēī. . . .	*del día.*	Di-ērum. . . .	*de los días.*
D.	Di-ēī. . . .	*á, para el día.*	Di-ēbus. . . .	*á, para los días.*
A.	Di-em. . . .	*al día.*	Di-ēs.	*á los días.*
V.	Di-ēs. . . .	*¡oh día!*	Di-ēs.	*¡oh días!*
A.	Di-ē. . . .	*con, de, en, por, sin, sobre el día.*	Di-ēbus. . . .	*con, de, en, por, sin, sobre los días.*

Declinense: Rēs, rĕī; Spēs, spĕi, *la esperanza;* Seriēs, ēi; Rabiēs, ēi; Glaciēs, ēi; Speciēs, ēi; Effigiēs ēi; Materiēs, ēi; Barbariēs, ēi; Superficiēs, ēi; etc.

Dies faustus; Series infinita; Effigies vera; Superficies curva; Res publica; Species honesta, *aspecto digno;* Spes certa; etc.

Otros ejemplos: Materies difficilis; Glacies fragilis; Haec barbaries ferox; Hic dies brevis, sed optatus; etc.

Obs. Menos *dies* y *res* todos carecen de genitivo, dativo y ablativo del plural. Cicerón no se atrevió á decir *speciērum* y *speciēbus,* mas no niega que pueda decirse.

Algunos se declinan también por la 1.ª decl. v. g. *barbaries* y *barbaria*, *luxuries* y *luxuria*, *segnities* y *segnitia* (la pereza), etc.

19. TABLA GENERAL DE LAS TERMINACIONES

		I	II		III		IV		V
		Masculino y femenino	Masculino y femenino	Neutro	Masculino y femenino	Neutro	Masculino y femenino	Neutro	Masculino y femenino
SINGULAR	Nom.	ă	us *ó sin term.*	um	s *ó sin term.*	e *ó sin term.*	us	ū	ēs
	Gen.	ae (as)	ī	ī	is	is	ūs	ūs	ēī
	Dat.	ae	ō	ō	ī	ī	ŭī	ū	ēī
	Acus.	am	um	um	em (im)	e *ó sin term.*	um	ū	em
	Voc.	ă	ĕ (ī) *ó sin term.*	um	s *ó sin term.*	e *ó sin term.*	us	ū	es
	Abl.	ā	ō	ō	ĕ (ī)	ĕ (ī)	ū	ū	ē
PLURAL	Nom.	ae	ī	ă	ēs	ă (iă)	ūs	ŭă	ēs
	Gen.	ārum	ōrum	ōrum	um (ium)	um (ium)	ŭum	ŭum	ērum
	Dat.	īs (ābus)	īs	īs	ibus	ibus	ibus (ŭbus)	ibus (ŭbus)	ēbus
	Acus.	ās	ōs	ă	ēs	ă (iă)	ūs	ŭă	ēs
	Voc.	ae	ī	ă	ēs	ă (iă)	ūs	ŭă	ēs
	Abl.	īs (ābus)	īs	īs	ibus	ibus	ibus (ŭbus)	ibus (ŭbus)	ēbus

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

CAPÍTULO II

DECLINACIÓN DEL NOMBRE ADJETIVO

20. **Nombre adjetivo.** — Es aquella parte de la oración que se junta á los sustantivos para calificarlos ó determinarlos. Por esta causa no puede estar solo en la oración.

Un modo fácil de conocerlo es aplicarle en castellano el sustantivo *cosa*: así decimos *cosa* BUENA, *cosa* LINDA, y jamás *cosa* LIBRO, *cosa* VENTANA.

21. Las declinaciones de los adjetivos se pueden reducir á dos clases: una que sigue las dos primeras declinaciones de los sustantivos; otra que sigue la tercera. Los de la primera clase presentan tres formas en el nominativo y en algunos otros casos; los demás tienen tres, dos ó una sola forma en el nominativo y en algunos otros casos.

Cuando un caso tiene tres formas, la primera pertenece al género masculino, la segunda al femenino, la tercera al neutro; si tiene dos, la primera se aplica al masculino y femenino, la segunda al neutro; si tiene una sola, ésta sirve para los tres géneros.

ARTÍCULO I. PRIMERA CLASE DE ADJETIVOS [8]

22. I. **Bonus, a, um,** nombre adjetivo de la primera clase, tiene tres formas: la primera se declina como *dominus*, la segunda como *musa*, y la tercera como *templum*.

NÚMERO SINGULAR			NÚMERO PLURAL		
N. Bon-us	bon-ă	bon-*um*.	Bon-ī	bon-ae	bon-ă.
(Bueno, buena, bueno ó cosa buena).			*(Buenos, buenas, cosas buenas).*		
G. Bon-ī	bon-ae	bon-ī.	Bon-*ōrum*	bon-*ārum*	bon-*ōrum*.
D. Bon-ō	bon-ae	bon-ō.	Bon-īs.		
A. Bon-*um*	bon-*am*	bon-*um*.	Bon-*ōs*	bon-*ās*	bon-ă.
V. Bon-ĕ	bon-ă	bon-*um*.	Bon-ī	bon-ae	bon-ă.
A. Bon-ō	bon-ā	bon-ō.	Bon-īs.		

Declinense: Purus, a, um; Sanctus, a, um; Funestus, a, um; Odiosus, a, um; Fastidiosus, a, um; etc.

23. II. **Liber, a, um** *(libre)* nombre adjetivo de la primera clase tiene tres formas: la primera se declina como *puer*, la segunda como *musa*, la tercera como *templum*.

NÚMERO SINGULAR			NÚMERO PLURAL		
N. Liber	libĕr-ă	libĕr-*um*.	Libĕr-ī	libĕr-ae	libĕr-ă.
G. Libĕr-ī	libĕr-ae	libĕr-ī.	Liber-*ōrum*	liber-*ārum*	liber-*ōrum*.
D. Libĕr-ō	libĕr-ae	libĕr-ō.	Libĕr-īs.		
A. Libĕr-*um*	libĕr-*am*	libĕr-*um*.	Libĕr-*ōs*	libĕr-*ās*	libĕr-ă.
V. Liber	libĕr-ă	libĕr-*um*.	Libĕr-ī	libĕr-ae	libĕr-ā.
A. Libĕr-ō	libĕr-ā	libĕr-ō.	Libĕr-īs.		

Declinense: Tener, a, um *(tierno);* Miser, a, um; Asper, a, um; Prosper, a, um.

Al estudiar la segunda parte de la Analogía y juntamente repasar esta primera, pueden declinarse: Satur, a, um (1) *(saturado);* Dexter, a, um (2) *(el que está á la mano derecha);* Niger, a, um (3) *(negro);* Piger, a, um *(perezoso);* Pulcher, a, um *(hermoso).*

ARTÍCULO II. SEGUNDA CLASE DE ADJETIVOS [10]

24. I. **Brevis, breve** *(breve)* nombre adjetivo de la segunda clase, tiene dos formas: la primera se declina como *sermo*, la segunda como *tempus*.

NÚMERO SINGULAR		NÚMERO PLURAL	
N. Brev-*is*	brev-ĕ.	Brev-ēs	brevi-*ă*.
G. Brev-is.		Brev-*ium*.	
D. Brev-ī.		Brev-*ibus*.	
A. Brev-em	brev-ĕ.	Brev-ēs	brev-ĭă.
V. Brev-*is*	brev-ĕ.	Brev-ēs	brev-ĭă.
A. Brev-ī.		Brev-*ibus*.	

(1) Es el único de esta clase que termina en *ur* en el nominativo y vocativo del singular de la terminación masculina.
(2) Suele perder la *e*. (Vid. n. 11, nota).
Éste es el modo más común. Con todo otros verbos forman el tema de presente añadiendo los sufijos *no, to, sco, io,* etc.: v. gr. *si-no, ster-no, flec-to, mit-to; no-sco; cap-io, fug-io, mor-ior* (2), etc., todos los cuales pertenecen también á la 3.ª conjugación. El sufijo *no* más comúnmente se intercala en el tema general por metátesis: v. gr. *fra-n-g-o* (por *frag-no), fi-n-d-o* (por *fid-no), ru-m-po* (por *rup-no*). (Cf. n. 237).

Presente de imperativo.—Es el mismo del presente de indicativo.

Presente de subjuntivo.—Se forma de dos maneras. 1.ª La vocal temática *o* se muda en *ā:* v. gr. *leg-ā-m, mone-ā-m, audi-ā-m.*—2.ª La misma vocal se muda en *ē:* v. gr. *am-ē-m.* Las conjugaciones 2.ª, 3.ª y 4.ª tomaron la primera forma, reservando la segunda para el futuro imperfecto, menos la 2.ª, para que este tiempo no se confundiese con el presente de indicativo. La 1.ª tomó la segunda forma, para que no se confundiese con el indicativo. Unos pocos verbos toman el sufijo optativo *ī.*

224. *Imperfecto de indicativo.*—Añade al tema de presente el sufijo *ba:* v. gr. *amā-ba-m, monē-ba-m.* La 3.ª conj. alarga la *e* por analogía *leg-ē-ba-m,* y por la misma razón la 4.ª añade *ē, audi-ē-ba-m.*

Futuro imperfecto de indicativo.—De dos modos. 1.º Añadiendo *bo* al tema de presente; así en la 1.ª y 2.ª conj. *amā-bo, monē-bo:* la vocal *o* sufre los mismos cambios que la del presente de la 3.ª conjugación.—2.º La 3.ª y 4.ª conj. toman la segunda forma del subjuntivo, cambiando el *ēm* en *ām:* v. gr. *leg-a-m, audi-a-m.*

Imperfecto de subjuntivo.—Añade al tema de indicativo *se* = *re* por rotacismo: v. gr. *amā-re-m, monē-re-m, leg-ĕ-re-m, audī-re-m.*

(1) Estas desinencias creen algunos que son residuos de pronombres: así *-m* dicen que viene del pronombre griego de 1.ª persona, *-s* del de 2.ª, *-t* del de 3.ª; *-mŭs* de *m* + *s* = yo y tú = nosotros; *-tis* de *t* + *s* = vosotros, *-nt* de las raíces *an* y *ta*, que significan él y él = ellos. De esta manera cualquier forma de un modo finito hace una oración entera; porque la desinencia expresa el sujeto, y el tema el predicado.

(2) Dicen algunos que reciben el sufijo *io* todos los temas generales en vocal, que la *i* entre dos vocales desaparece, y las otras dos vocales se contraen. El resultado es el mismo.

225. *Perfecto de indicativo.* — Los pretéritos, según su formación, se dividen en *propios* ó *simples* y *sigmáticos* ó *compuestos.*

Los *propios* se forman de tres maneras:

1.ª Con reduplicación.—Tienen esta formación algunos verbos que empiezan por consonante sencilla ó precedida de *s.*

Las leyes son. α) Se repite la primera sílaba del verbo: v. gr. *curro, cu-curri;* pero si la vocal es *a* ó *ae,* en la reduplicación se pone *ĕ:* v. gr. *cano, cĕ-cĭ-ni; caedo, cĕ-cīdi* (1).—β) Si el verbo empieza por *s* y otra consonante, en la segunda sílaba del pretérito desaparece la *s:* v. gr. *spondeo, spo-pondi* (por *spo-spondi).*—γ) Si el tema acaba en vocal, ésta desaparece: v. gr. *sto, ste-t-i* (por *ste-ta-i).*—δ) Si acaba en consonante, la vocal que precede sufre estos cambios: *ĕ* se cambia en *ĭ:* v. gr. *mĕ-mĭn-i* (tem. *mĕn); a* en sílaba cerrada y delante de *r* se muda en *ĕ:* v. gr. *fallo, fĕ-fell-i, pārio, pĕ-pĕr-i; a* en sílaba abierta se cambia en *ĭ:* v. gr. *cāno, cĕ-cĭn-i; ae* en *ī:* v. gr. *caedo, cĕcīd-i; ĕ* y *ŏ* delante de *l* en *ŭ:* v. gr. *pello, pĕ-pŭl-i* (vid. n. 207. c.); las demás se conservan: v. gr. *disco, dĭ-dĭc-i.*—ε) Los sufijos del tema de presente ora desaparecen, ora no. (Véase el catálogo de estos verbos, n. 143 y sig.).

2.ª Alargando la vocal del tema.—V. gr. *fācio, fēc-i; lăvo, lāv-i; tĕgo, tēg-i; vĭdeo, vīd-i; mŏveo, mōv-i; fŭgio, fūg-i.* Tienen esta formación los temas en *v* y en *u:* v. gr. *mŏveo, mōv-i; statuo, statui.* Esta *u* antes era larga. (Véase el catálogo de estos verbos, n. 145).

3.ª En *ui* ó *vi.*—La mayor parte de los verbos añaden *ui* ó *vi* al tema general.—Toman *vi* casi todos los temas en *ā* y en *ī* (1.ª y 4.ª conj.), algunos en *ē* y en consonante (2.ª y 3.ª conj.): v. gr. *amo, amā-vi; audio, audī-vi.* Delante de *vi* la vocal siempre es larga menos en *lino, lĭv-i.* (Véase el catálogo, n. 147).

226. Los *sigmáticos* añaden *s* al tema general, más la *ī* característica del pretérito. Tienen esta formación algunos temas en consonante. La consonante final, al encontrarse con la *s,* sufre las modificaciones consiguientes: v. gr. *scribo, scrip-s-i* (n. 208, 9.ª); *claudo, clau-s-i* (n. 208. 6.ª); *premo, pres-s-i* (n. 208. 10.ª); *mitto, mi-s-i* (n. 208. 1.ª N. B.); *sumo, sum-p-s-i* (n. 208. 13.ª). Los sufijos del presente desaparecen, menos la nasal introducida en el tema (n. 223), que alguna vez se conserva: v. gr. *flec-to, flex-i; fingo, finx-i.* (Véase el catálogo, n. 149).

227. *Pluscuamperfecto de indicativo.*—Añade al tema de perfecto la *s* aorística, más la característica *ā:* la *s* se cambia en *r,* y delante de esta letra la *ī* se cambia en *ĕ:* v. gr. *ama-vĕ-rā-m* (por *ama-vī-sā-m), mon-uĕ-rā-m* (por *mon-uī-sā-m), leg-ĕ-rā-m* (por *leg-ī-sā-m), audi-vĕ-rā-m* (por *audi-vī-sā-m).*

Futuro perfecto de indicativo.—Como el anterior, pero en lugar de *ā,* toma la temática *o* del presente: v. gr. *ama-vĕ-ro, mon-uĕ-ro,* etc. En la 3.ª persona del plural hace *i-nt* no *u-nt.*

Perfecto de subjuntivo.—Como el anterior, pero la vocal es *ī:* v. gr. *ama-vĕ-rī-m.*

Pluscuamperfecto de subjuntivo.—Se forma del tema del perfecto de indicativo más *s* más la característica *se:* v. gr. *ama-vi-s-se-m.*

228. Temas nominales.—1.º *Presente de infinitivo.*—Añade al tema de presente *sē* = *rē* (pas. *sī* = *rī*): v. gr. *amā-re, amā-ri,* etc. La 3.ª conj. sólo toma *ĭ:* v. gr. *leg-ĭ.* Los antiguos á la forma pasiva añadían *ĕr:* v. gr. *amarĕr, legĕr.*

2.º *Perfecto de infinitivo.*—Junta al tema de perfecto la *s* aorística más el sufijo *se:* v. gr. *amavi-s-se,* etc.

3.º *Gerundio y participio de futuro en* **dus.**—Añaden el sufijo *ndo* al tema de presente

(1) Antiguamente la vocal de la reduplicación era siempre *ĕ,* como *spĕpondi.*

(en la 4.ª *endo*): v. gr. *ama-ndi, audi-endi, ama-ndu-s, lege-ndus*, etc. Los antiguos en la 3.ª y 4.ª decían *legundi, audiundo*, etc.

229. 4.º El *supino* se forma añadiendo *tum* al tema general según las siguientes leyes.

1.ª SE UNE INMEDIATAMENTE: α) á los temas en consonante (3.ª conj.), la cual delante de *t* sufre las modificaciones consiguientes: v. gr. *coquo, coc-tum; veho, vec-tum; scribo, scrip-tum; emo, em-p-tum* (n. 208. 9.ª y not.—ibid. 13.ª). Pero si antecede dental, ésta se cambia en *t*, y *tt* en *ss*: v. gr. *concedo, conces-sum* (por *conced-tum*) (n. 208. 10.ª N. B.); mas si antes de esta consonante hay vocal larga por naturaleza ó posición, se suele perder una *s*: v. gr. *divido, divi-sum* (por *divis-sum*) (n. 208. 10.ª N. B.).—β) á los temas en vocal que forman los pretéritos en *ā-vi, ē-vi, ī-vi*: v. gr. *amo, amā-tum; fleo, flē-tum; audio, audī-tum*.—γ) á los temas en *u* y *e*: v. gr. *statuo, statū-tum; solvo, solū-tum*.

2.ª SE UNE POR MEDIO DE *ĭ*: α) en casi todos los verbos que tienen el pretérito en *ui*: v. gr. *gigno, genui, gen-ĭ-tum*.—β) en los deponentes de la 2.ª conjugación: v. gr. *vereor, ver-ĭ-tum*.

3.ª SE CAMBIA *tum* EN *sum*: α) en los verbos que duplican la consonante del tema en el presente: v. gr. *fallo, fal-sum; curro, cur-sum*.—β) en los verbos que tienen el presente en *cto*: v. gr. *flecto, flexum* (= *flec-sum*); *amplector, amplexum*.

N. B. Como el sufijo del supino se une ordinariamente al tema general, no entran en él los sufijos que á veces forman el tema de presente: v. gr. *no-sco, nō-tum; flec-to, flexum* (= *flec-sum*).

5.º *Participio de presente*.—Añade *nti* (en la 4.ª *enti*) al tema de presente; en el nominativo se pierde la *i*: v. gr. *amans* (tema *ama-nti*), *legens* (tema *lege-nti*), etc. (n. 214. 7.º obs.).

6.º *Participio de futuro en* **rus**.—Se forma del verbal en *tor* ó *sor* atenuado en *u*, más el sufijo *o*: v. gr. de *amator, amaturus* (tema *amatoru*), etc.

230. Verbos irregulares.—Como tales pueden considerarse algunos verbos, como *sum, fero, volo* y pocos más, los cuales en algunas personas juntan inmediatamente las desinencias al tema, rechazando la vocal temática *o* que toman los demás verbos: v. gr. *es* (por *es-s*), *es-tis, fer-t, vul-tis*, etc. Por esto algunos gramáticos señalan dos conjugaciones: la *atemática* formada por estos verbos, y la *temática* que comprende los que reciben la vocal temática *o*.

La conjugación del verbo *sum* expuesta en el n. 41, se compone de los verbos *sum* y *fuo*; el primero forma los tiempos imperfectos, y el segundo los perfectos. El tema de *sum* es *ĕs*; en algunas personas desaparece la *e*: v. gr. *sum, sumus* etc.; la *s* se cambia en *r* entre dos vocales: v. gr. *eram* etc. El presente de subjuntivo recibe el sufijo optativo *i*, de donde *sīm* por *s-ī-e-m* (Vid. n. 223); el imperfecto toma el sufijo *se, es-se-m*.

Del verbo *fuo* (tema *fu*) se encuentra en los antiguos el presente de subjuntivo *fuam, fuas* etc.; en los clásicos el imperfecto *fŏrem* etc. por *fu-e-re-m*, y el futuro de infinitivo *fore*.

El verbo *fero* á veces sufre asimilación: v. gr. *ferrem* por *fer-sem* (n. 131).

El tema de *volo* es *vŏl* ó *vĕl*. En *vi-s* ha desaparecido la *l*, y en *vellem* y *velle* hay asimilación por *vel-sem* y *vel-se* (n. 133).

La irregularidad de *eo* consiste en que la *ī (ei)* del tema delante de *a, o, u* se cambia en *ĕ*. Tiene además el imperfecto en *-ba* el futuro en *-bo*, el gerundio en *-undo* y el participio de presente en *-unti* (n. 136).

El verbo *ĕdo* en algunas formas pierde la vocal temática, y entonces la *d* si está al fin ó delante de *s* ó *t* se cambia en *s*, pero se alarga la *e* por compensación (n. 138).

231. Para mayor claridad pondremos un cuadro sinóptico de las cuatro conjugaciones de los verbos, el cual á simple vista nos presenta dos leyes fundamentales: 1.ª que todos los verbos y todos los tiempos (menos el imperativo y el perfecto de indicativo) tienen unas mismas desinencias. 2.ª que cada tiempo añade al tema del verbo una característica particular, que es casi siempre la misma en todas las conjugaciones.

		Temas				Desinencias	
		1.ª	2.ª	3.ª	4.ª	act.	pas.
Indic.	PRES.	amō	monĕ ō	leg ō	audĭ ō		
		amās	monēs	leg ĭs	audīs		
		amăt	monĕt	leg ĭt	audĭt		
		amāmus	monēmus	leg ĭmus	audīmus		
		amātis	monētis	leg ĭtis	audītis		
		amant	monent	leg unt	audĭ unt		
	IMPERF.	amā ba	monē ba	leg ē ba	audī ē ba		
		amā bas	monē bas	leg ē bas	audī e bas		
	PLUSC.	amā vĕ ra	mon uĕ ra	leg ĕ ra	audī vĕ ra		
		amā vĕ ras	mon uĕ ras	leg ĕ ras	audī vĕ ras	(m)	r
	F. IMP.	amā bo	monē bo	leg a	audĭ a	s	rĭs
		amā bis	monē bis	leg es	audĭ es	t	tŭr
						mŭs	mŭr
	F. PERF.	amā vĕ ro	mon uĕ ro	leg ĕ ro	audī vĕ ro	tĭs	mĭnī
		amā vĕ ris	mon uĕ ris	leg ĕ ris	audī vĕ ris	nt	ntŭr
Subjun.	PRES.	ame	monĕ a	leg a	audĭ a		
		ames	monĕ as	leg as	audĭ as		
	IMPERF.	amā re	monē re	leg ĕ re	audī re		
		amā res	monē res	leg ĕ res	audī res		
	PERF.	amā vĕ ro	mon uĕ ro	leg ĕ ro	audī vĕ ro		
		amā vĕ ris	mon uĕ ris	leg ĕ ris	audī vĕ ris		
	PLUSC.	amā vi sse	mon ui sse	leg i sse	audī vi sse		
		amā vi sses	mon ui sses	leg i sses	audī vi sses		
Indic.	PERF.	amā vi	mon ui	leg i	audī vi		
		amā vi sti	mon ui sti	leg i sti	audī vi sti	stī	
		amā vi t	mon ui t	leg i t	audī vi t	t	
		amā vi mus	mon ui mus	leg i mus	audī vi mus	mŭs	
		amā vi stis	mon ui stis	leg i stis	audī vi stis	stĭs	
		amā vē runt	mon uē runt	leg ē runt	audī vē runt	rūnt	
Imper.	PRES.	amā	monē	leg ĕ	audī		rĕ
		amā tō	monē tō	leg ĭ tō	audī tō	tĕ	mĭnī
	FUTURO	amā tō	monē tō	leg ĭ tō	audī tō	tō	tŏr
		amā tōte	monē tōte	leg u tōte	audĭ u tōte	ntō	ntŏr

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

		Temas 1.ª	2.ª	3.ª	4.ª	Desinencias act.	pas.
Infinit.	Pres.	amā	monē	leg ĕ	audī	rĕ	(rī)
	Perf.	amā vi	mon ui	leg i	audi vi	ssĕ	
	Gerund.	amā	monē	leg e	audĭ e	ndī	
	Supino	amā	mon ĭ	lec	audī	tum	tū
Particip.	Pres.	amā	monē	leg e	audĭ e	ns	
	Preter.	amā	mon ĭ	lec	audī		tus
	Futuro	amā	monĭ (e)	lec (e)	audī (e)	tūrus	ndus

ETIMOLOGÍA

232. Atendiendo á su origen, las palabras se dividen en *primitivas* y *derivadas*, *simples* y *compuestas*.

Palabra primitiva es la que consta sólo de la *raíz* y *desinencia de flexión* (n. 209): v. gr. *rex (reg-s)*. *Derivada* es la que además de la raíz y desinencia de flexion contiene algún *sufijo:* v. gr. *rec-tor, rec-tor-is*. Las derivadas son *primarias*, si se forman de la raíz y un solo sufijo, que también se llama *primario:* v. gr. *rec-tor*. Son *secundarias* las que se forman de un tema ya derivado más otro sufijo, que se llama *secundario:* v. gr. *rec-ti-tu-do*.

Palabra simple es la que no tiene más que una raíz: v. gr. *rex* (por *reg-s*); y *compuesta* la que consta de más de una raíz: v. gr. *agri-cola* (de *ager* y *colere*).

ARTÍCULO I. Derivación

Los sufijos temáticos se dividen en *nominales* y *verbales*, según que sirvan para formar los temas de los nombres ó los de los verbos; algunos son comunes á nombres y verbos.

§ I. Formación de los temas nominales

233. Al juntarse el sufijo á la raíz, ó los sufijos entre sí, si se encuentran dos consonantes, ó sufren éstas las modificaciones expuestas en el n. 208, ó se interpone una vocal eufónica, que suele ser ĭ ó ŭ: v. gr. *frig-ĭ-dus, teg-ŭ-men*. Si se encuentran dos vocales, algunas veces desaparece la primera, otras hay gradación; pero apenas pueden darse reglas fijas.

234. N. B. A los sufijos en *o* casi siempre corresponden otros en *a*, los cuales por esta razón se han omitido algunas veces, y sólo se han puesto ejemplos.

a, ia ó **ie.** Forman los sustantivos y adjetivos de la 1.ª ó 5.ª declinación: v. gr. *tog-a, bon-a, grat-ia, ac-ies*.

bĭli forma nombres verbales y adjetivos que significan aptitud ó dignidad: v. gr. *ama-bilis*.

bri; *lugŭ-bris, mulĭe-bris*.

bundo, cundo; *geme-bundus, ira-cundus, fe-cundus*.

ci admite delante una vocal: v. gr. *aud-ax (aud-ācis), felix (fel-īcis)*.

co, quo; *fo-cus, pau-cus, anti-quus* ó *anti-cus*. Por *analogía* (1) ó con vocal eufónica se forman temas en **ĭ-co, ī-co, ū-co, ā-co** etc. *bell-ŭ-cus, pud-ī-cus, am-ī-cus, op-ā-cus* etc. Los femeninos terminan en **ca**: v. gr. *es-ca, tun-ĭ-ca, rubr-ī-ca*.

cri; *volŭ-cris*.

do casi siempre con vocal eufónica: v. gr. *cup-ĭ-dus, cal-ĭ-dus*. Significan una propiedad del sujeto en sentido pasivo.

go casi siempre toma una vocal delante: v. gr. *im-ā-go, or-ī-go, lan-ū-go*.

i sirve para formar temas de la 3.ª declinación: v. gr. *tuss-is, mar-e* por *mar-i* (n. 214. 7.º).

io forma muchos sustantivos y adjetivos: v. gr. *glad-ius, soc-ius, arti-fic-ium, ex-im-ius*. *Aureus* está por *aure-ius*, y por analogía se formó *corpor-eus* etc. Servía así mismo para formar nombres patronímicos, como *Tull-ius, Ovid-ius*.

ior, ius se añaden al tema para formar los comparativos, pero si el tema termina en vocal, ésta desaparece: v. gr. *justus, just-ior, just-ius; brevis, brev-ior, brev-ius*. Asimismo *pe-jor; ma-jor* (por *mag-ior*); *min-or, min-us* (por *min-ior, min-ius*); *plus* (por *ple-ius*); *magis* (por *mag-ior*) con atenuación del sufijo *ior* (arc. *ios*) en *is* (n. 109-111).

235. **lĭ**: *val-lis, vi-lis*. Admite vocales delante y forma adjetivos que significan disposición ó propiedad: v. gr. **ā-lĭ**, *mort-ā-lis*; **-ēlĭ**, *fid-ē-lis*; **ī-lĭ**, *vir-ī-lis*; **ū-lĭ**, *trib-ū-lis*.

ri casi siempre tiene una vocal delante, y á veces admite detrás el sufijo *io*: v. gr. **ā-ri**, *consul-ā-ris, milit-ā-ris*; **ā-rio**, *aer-ā-rium, lign-ā-rius*; **ū-ri**, *sec-ū-ris*; **ō-rio**, *amat-ō-rius*.

Los sufijos **lĭ** y **ri**, se cambian entre sí fácilmente, lo cual y además su análoga significacion podrían indicar un origen común de ambos.

lo, la casi siempre con vocal eufónica ŭ *(ŏ)*: v. gr. *coc-lum, pi-la, jac-ŭ-lum*.

Así se forman los diminutivos: *hort-ŭ-lus, delici-ŏ-la, agel-lus, puel-la*. A veces toman las formas *culus, un-cio*.

men, mento; *teg-men, teg-ŭ-mentum*.

mo, no; *pri-mus, vict-ĭ-ma, do-num, noc-tur-nus*.

Por analogía hay temas en **ā-no**, *urb-ā-nus*; **ē-no**, *ali-ē-nus*; **ī-no**, *div-ī-nus, reg-ī-na*; **ĭ-no**, *cedr-ĭ-nus, pag-ĭ-na*; **ō-no**, *patr-ō-nus, matr-ō-na*; **ū-nus**, *trib-ū-nus*. Muchos de estos significan origen.

mno (rar. **mino**); *alu-mnus, colu-mna, fe-mina*.

monio; *testi-monium, casti-monia*.

ndo forma los gerundios, participio de futuro pasivo y algunos nombres: v. gr. *oriu-ndus, rotu-ndus*.

nti forma los participios de presente y otros nombres: v. gr. *prude-ns (prude-ntis), pare-ns (pare-ntis)*.

o forma los temas de los sustantivos y adjetivos masculinos y neutros de la 2.ª declinación: v. gr. *domin-us, bon-us, bon-um* (tema *domino, bono*).

on, ĭn; *pro-pag-inis (pro-pago), ord-ĭnis (ordo)*.

or, os, ur, significan cosas abstractas: v. gr. *am-or, ar-bor* ó *arb-os, temp-oris (tempus), fulg-ur*.

ōso, significa abundancia: v. gr. *aqu-ōsus, lim-ōsus*.

plo ó **plŭlo**; *du-plus, disci-plŭlus*.

236. **tāti, tūti, tudĭni**, forman sustantivos abstractos: v. gr. *pauper-tātis (paupertas), vir-tūtis (virtūs), vale-tudĭnis (valetudo)*.

tĕro; *magis-ter, dex-tera* ó *dex-tra* (Cf. n. 207. N. B. 2.º).

---

(1) Algunas veces por la costumbre de juntar los sufijos á raíces en vocal, cuando deben unirse á raíces en consonante, tomamos no solo el sufijo sino también la vocal propia de aquellas raíces. Este modo de formar los temas suele llamarse *analogía* ó *segmentación*.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ti, si; *hos-tis, mes-sis.* Muchos tienen síncopa en el nominativo: v. gr. *mons, ars,* etc. Otros además tienen una vocal enfónica: v. gr. *div-ĭ-tis (dives), coel-ĭ-tes, seg-ĕ-tis (seges).*

tĭco; *rus-tĭcus, domes-tĭcus.*

timo forma los superlativos juntándose al comparativo atenuado en *is*, y cambiando la *t* en *s* por asimilación: v. gr. *justis-simus* (de *justior*), *brevis-simus* (de *brevior*). Se añade inmediatamente al nominativo en los acabados en *er*, y al tema del adjetivo despojado de su última vocal, en los que terminan en *ilis*: v. gr. *acer-rimus* (de *acer*); *simil-limus* (de *similis*) (n. 109-111).

El mismo tema entra en la formación de algunos otros nombres que significan proximidad ú oficio: v. gr. *fini-tĭmus, mari-tĭmus, aedi-tĭmus* (guarda del templo).

tĭno forma adjetivos de tiempo: v. gr. *pris-tĭnus, eras-tĭnus.*

tĭo, tĭa forma sustantivos de significado abstracto ó colectivo; *servi-tĭum, sodali-tĭum; amici-tĭa.*

to, so; *amā-tus, audī-tus, flē-tus, vī-sus.* Significan el efecto de una acción. Por segmentación, *vir-ē-tum, salic-ē-tum* ó *salic-tum, crin-ī-tus, corn-ū-tus,* etc.

tor, sor; *amā-tor, audī-tor.* Significan un agente masculino. Para significar el agente femenino se añade *ĭc* á este sufijo: v. gr. *expul-tr-ix.* Para el participio de futuro y algunos otros nombres, se añade *o, a*: v. gr. *ama-tūr-us, pic-tūr-a.*

tri; *eques-tris, pedes-tris* y por analogía *illu-s-tris, terre-s-tris.*

u forma los sustantivos de la 4.ª declinación: v. gr. *curr-us, grad-us.*

§ II. Formación de los temas verbales [116]

237. De lo expuesto en los números 223 y 230, se deduce que hay dos clases de verbos, *temáticos* y *atemáticos*: éstos juntan inmediatamente las desinencias á la raíz; los primeros se forman añadiendo á la raíz los sufijos **o, no, to, do, sco, io.** Pero además de estos verbos cuya formación queda ya explicada, hay algunos otros derivados de formación especial.

238. *Incoativos.* Se forman añadiendo **sco** al tema de presente terminado en *ā, ē, ī, ȳ*: v. gr. *in-vetera-sco, frige-sco, obdormi-sco.*

Frecuentativos. Los de la 1.ª conj. añaden el sufijo **ĭto** al tema de presente despojado de la última vocal: v. gr. *clam-ĭto* (de *clamo*), *rog-ĭto* (de *rogo*); los de la 3.ª al tema del supino también sin vocal: v. gr. *dict-ĭto* (de *dico* sup. *dictum*), *curs-ĭto* (de *curro* sup. *cursum*).

Diminutivos. Se forman de los mismos temas que los frecuentativos, añadiendo *illo* ó *ŭlo*: v. gr. *sorb-illo* (de *sorbeo*), *ust-ŭlo* (de *uro* sup. *ustum*).

Desiderativos. Juntan el sufijo *urĭo* al tema del supino sin la vocal última: v. gr. *coenat-ŭrio* (de *coeno* sup. *coenatum*), *part-ŭrio* (de *pario* sup. *partum*) (n. 117).

ARTÍCULO II. Composición

239. División.—Se dividen los compuestos en *propios* é *impropios*. *Propios* son aquellos en que los elementos pierden su flexión antigua para formar otra nueva: v. gr. *agri-cola*. *Impropios* son aquellos en que los elementos conservan su antigua flexión y dependencia, por lo cual pueden muchas veces escribirse separadamente: v. gr. *res-publica, jus-jurandum, pater-familias, juris-consultus, satis-facio.* Tales son muchos verbos compuestos, y toda composición debida á enclíticas y proclíticas: v. gr. *pleri-que, quam-ob-rem.*

Los compuestos se llaman *atributivos*, cuando la primera parte es atributo de la otra, esto es, equivale á un adjetivo ó adverbio: v. gr. *sub-scribo* (infra scribo), *male-ficus* (male faciens). Tales son casi todos los compuestos de partículas. Son *objetivos*, cuando una parte es régimen de la otra: v. gr. *homi-cĭda* (qui hominem caedit), *agri-cŏla* (qui agrum colit), *aedi-ficare* (aedes facere). Finalmente se llaman *posesivos*, cuando todo el compuesto es atributo de otro sujeto, y por tanto puede explicarse por el verbo *habeo* ó por un ablativo de cualidad: v. gr. *auri-cŏmus* (habens aureas comas), *equus alĭ-pes* (equus alatis pedibus).

240. Formación.—Si la primera parte del compuesto es una partícula indeclinable, no suele sufrir más cambios que los exigidos por la Fonética: v. gr. *ap-pono* (de *ad* y *pono*), *con-firmo* (de *com* y *firmo*), *ir-rumpo* (de *in* y *rumpo*). *Trans* pierde algunas veces sus dos últimas consonantes, como *trā-dūco* (por *trans-duco*).

Cuando la primera parte es un nombre, se interpone la *ĭ* eufónica: v. gr. *arm-ĭ-pŏtens, ign-ĭ-vŏmus, pac-ĭ-ficus.* Si es un verbo, se suele conservar su vocal cuando la tiene, y si no, se interpone *ĭ*: v. gr. *commone-facio.*

241. Prefijos.—Las partículas que entran en composición, las cuales suelen llamarse *prefijos*, si son *separables* (n. 167) tienen en el compuesto una significación análoga á la que tenían fuera de él; si son *inseparables*, tienen los significados siguientes:

am ó **amb** = al rededor: v. gr. *am-plector* (abrazo), *amb-ustus* (quemado al rededor).

dis = separación ú oposición: v. gr. *dis-cedo* (me marcho), *dis-similis* (desemejante).

in = negación: v. gr. *in-dignus* (no digno), *il-laesus* (no dañado).

nec ó **ne** = negación: v. gr. *ne-queo* (no puedo), *ne-fas* (no lícito).

re = movimiento hacia atrás ó repetición: v. gr. *re-cedo* (me retiro), *re-lego* (leo de nuevo).

se ó **so** = separación: v. gr. *se-jungo* (separo), *so-cors* (sin corazón, necio).

semi = mitad: v. gr. *semi-animis* (medio muerto), *sem-esus* (medio comido).

sesqui = la mitad más: v. gr. *sesqui-hora* (hora y media).

ve = privación, negación: v. gr. *ve-cors* (sin corazón, necio), *ve-sanus* (loco).

242. El *análisis etimológico* consiste en despojar á una palabra de todos los elementos de composición, derivación y flexión, para hallar su raíz y significado propio.

Así para analizar la palabra *immortalitatis*, quitaré el prefijo *im* = *in* (n. 241), separaré la desinencia de genitivo *is* (n. 213), y me restará *mortalitat*, al cual restituiré la *i* que perdió en el genitivo (n. 214. 7.º obs.), y tendré *mortalitati* tema de sustantivos abstractos de la 3.ª declinación (n. 236). Quitando luego el sufijo *tati*, que forma dichos sustantivos abstractos, queda *mortali* formado de *mort* y el sufijo *ā-li* (n. 235). *Mort* por *morti* despojado del sufijo *ti* (n. 236), me da la raíz *mor*, que significa morir y se encuentra en *mor-ior.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

LIBER SECUNDUS

SYNTAXIS

CAPUT I

DE CONCORDANTIIS (1)

ARTICULUS I. De nomine cum verbo [221-225]

243. Verbum personale finiti modi antecedit subjectum in nominativo ejusdem numeri et personae. (Cic. Tusc. 5. 20). *Tyrannus Syracusanorum* FUIT DIONYSIUS. (id. Fam. 14. 8). *Si* VALES, *bene est;* EGO *quidem* VALEO. (Ter. Eun. 1. 2. 86). QUIS *hic* LOQUITUR?

(1) Operae praetium visum est has notulas praemittere, tum ad eas partes, quas singulae voces in oratione obtinent declarandas, tum etiam ut aliquorum grammaticorum praecepta intelligas, si quando in ipsa sponte vel coactus incideris.

I. Propositio est vocabulorum comprehensio, quae aliquam sententiam exprimit. Quod si unico verbo sensum absolutum concludat, erit *simplex;* si plura verba, atque adeo propositiones, conjungantur, *composita.*

II. Elementa essentialia propositionis simplicis sunt *subjectum*, de quo aliquid affirmatur aut negatur; *praedicatum*, quod de subjecto dicitur; et *verbum* quod utrumque conjungit: v. gr. ANIMUS EST IMMORTALIS.

Praedicatum vocatur *verbale*, quum in ipso verbo includitur: hoc autem evenit 1.° in verbis attributivis, quae ex se significant actionem, statum vel qualitatem subjecti: v. gr. *Cicero* SCRIBIT, *puer* DORMIT, *Deus* COLITUR. 2.° in verbo *sum*, quum tantum exprimit existentiam vel statum in loco: v. gr. *Deus* EST (existe Dios), *ego* SUM *ruri.*

Dicitur *praedicatum nominale*, quando est nomen (substantivum vel adjectivum) vel pronomen. 1.° Si integrum *praedicatum* exprimitur per nomen, quod ope verbi *sum* subjecto adscribitur, nomen vocatur *praedicaticum*, et verbum *sum* appellatur *copula:* v. gr.

244. Prima ac secunda persona non explicantur nisi

1.° Quum altera alteri quodammodo opponitur. (Cic. Phil. 2. ad fin.). *De te* TU *ipse videris;* EGO *de me ipso profitebor.* (Tú mira lo que á ti te conviene; yo diré de mí lo que siento).

2.° Quum emphatice loquimur, id est, quum plus significamus quam dicimus. (Cic. Verr. 2. 3. 17). TU *innocentior quam Metellus?* (¿Tú (siendo tan malvado) más inocente que Metelo?).

N. B. 1.° Verbum infinitum vel etiam integra propositio agit interdum partes nominativi generis neutrius et numeri singularis. (Ter. Heaut. 3. 2. 549). *Non est* MENTIRI MEUM. (Cic. Fam. 7. 3). VACARE CULPA *magnum est solatium* (Cf. n. 378).

N. B. 2.° Si non loquimur de persona certa, cum verbis activis usurpamus tertiam personam pluralis vocis activae modo sine subjecto, modo cum subjecto *homines;* cum verbis vero neutris tertiam singularis vocis passivae. (Cic. Parad. 6). *Non* INTELLIGUNT HOMINES *quam magnum vectigal sit parsimonia.* (id. Phil. 2. 44). *Ab hora tertia* BIBEBATUR, LUDEBATUR, VOMEBATUR.

245. Plures nominativi copulati vel non copulati verbum plurale desiderant in nobiliore persona positum. Prima nobilior est quam secunda, secunda quam tertia. (Cic. Att. 12. 53). *Hic nobiscum* SUNT *Nicias et Valerius* (id. Q. Fr. 1. 1). *Frons, oculi, vultus, persaepe* MENTIUNTUR, *oratio vero saepissime* (id. Fam. 14. 5). *Si tu et Tullia lux nostra* VALETIS, *ego et suavissimus Cicero* VALEMUS.

246. Quod si plures sint nominativi numeri singularis pertinentes ad tertiam personam, qui totum aliquid efficiant, saepe verbum singulare assumunt, maxime si de rebus inanimatis sit sermo. (Cic. Senect. 19). *Mens et ratio et consilium in senibus* EST. (id. Fam. 5. 8). *Senatus populusque Romanus* INTELLIGIT. (id. Att. 12. 25). *Mihi et res et conditio* PLACET. (id. Fam. 2. 6). *Dux nobis et auctor opus* EST.

247. Verbum cohaeret cum proximo nominativo, si unicuique singilla-

animus EST IMMORTALIS. 2.° Si praedicatum partim verbo, partim nomine continetur, nomen *praedicatum completivum* vocamus, verbum vero *copulativum:* v. gr. *Cicero* FACTUS EST CONSUL.

III. Elementa accidentalia vocantur *complementa.*

Complementum objectum illud est, in quod cadit actio verbi: quod si fit immediate, appellatur *directum; indirectum* vero, si mediate tantum: v. gr. *Mater amat* FILIUM. *Da dexteram* MISERO.

Complementum attributum est nomen (substantivum, adjectivum, pronomen, participium), quod substantivo additur ad hujus significationem contrahendam: v. gr. *Lego epistolas* CICERONIS. *Pueri* INGENUI *amant litteras.* At si nomen illud notam adjungit, qua subjectum aut ab aliis distinguatur, aut luculentius explanetur, dicitur *appositio;* quae saepissime ope substantivi exprimitur: v. gr. *Tulliola* DELICIOLAE *nostrae.* MAGNUS *ille Alexander* vel *Alexander* MAGNUS (Cf. n. 363).

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tim aptatur. Hoc autem saepe fit, quum subjecta vinciuntur beneficio conjunctionis *aut*, *vel*, quum geminantur particulae *(aut-aut, vel-vel, neque-neque, quum-tum)*, quum denique per anaphoram seu repetitionem subjecta iterantur. (Cic. Tusc. 5. 9). *Probarem hoc, si Socrates* AUT *Antisthenes* DICERET. (id. Off. 2. 20). *In hominibus juvandis* AUT *mores spectari*, AUT *fortuna* SOLET. (id. Att. 9. 10). *Nunc mihi* NIHIL *libri*, NIHIL *litterae*, NIHIL *doctrina* PRODEST.

N. B. 1.° Verbum, si priorem nominativum proxime antecedat vel subsequatur, cum ipso cohaereat. (Cic. Tusc. 1. 1). *Homerus* FUIT *et Hesiodus ante Romam conditam.*

N. B. 2.° Poetae atque historici nominibus collectivis ut *pars, vis* (multitud), *uterque, quisque*, etc. verbum plurale adjungunt. (Virg. Aen. 1. 212). PARS *in frusta*, SECANT, *veribusque trementia* FIGUNT. (Unos los cortan á pedazos, y los espetan palpitantes en los asadores). (Caes. B. G. 3. 30). UTERQUE *eorum ex castris exercitum* EDUCUNT.

ARTICULUS II. De adjectivo cum substantivo [226-229]

248. Nomina adjectiva, pronomina et participia cohaerent cum suis substantivis genere, numero et casu, quamvis verbum aliquod intercedat. (Cic. Verr. 2. 4. 40). *Erat* HIEMS SUMMA, TEMPESTAS PERFRIGIDA, IMBER MAXIMUS. (Ter. Eun. 4. 3. 660). *Ille autem* BONUS VIR *nusquam apparet*. (Cic. Brut. 118). STOICI PRUDENTISSIMI *sunt*. (Nep. Arist. 1). ARISTIDES JUSTUS *est appellatus*.

N. B. Beneficio nominis adjectivi latini efferunt multa complementa, quae hispani non nisi nomine substantivo et praepositione *de* vel etiam adverbiali loquutione interpretantur. Hujusmodi sunt: α) quae significant ordinem, vel partem loci ac temporis: v. gr. *extrema hieme*, (al fin del invierno); *primo vere*, (al principio de la primavera); *media aestate*, (en la mitad del verano); *summus mons*, (la cumbre del monte); *in media via*, (en la mitad del camino). β) quae patriam indicant, vel locum in quo aliquid fit, vel materiam: v. gr. *Cicero Arpinas*, (de Arpino); *pugna Cannensis*, (de Cannas); *bellum Africanum*, (de Africa); *signum marmoreum*, (de mármol). γ) nomina mensium et quae eorum partem significant: v. gr. *mense Martio, Septembri* etc.... (raro *Martii, Septembris*); *Calendis Junii, Nonae Augustae, Idus Apriles* etc.... δ) quae animi statum declarant: v. gr. *prudens feci*, (lo hice á sabiendas); *me inscio factum est*, (sin saberlo yo); *Socrates venenum laetus et libens hausit.*

249. Si plura sint substantiva conjuncta,

1.° Adjectivum, nullo verbo intercedente, fere cum viciniore consentit. (Cic. Fam. 1. 9). *Caesaris* OMNI *et gratia et opibus sic fruor ut meis*. (id. Tusc. 1. 28). *Videmus hominis utilitati agros* OMNES *et maria parentia.*

N. B. 1.° Si vero adjectivum gerit partes appositi substantivi, idem tenendum est quod inferius traditur 3.° β). (Liv. 5. 4). *Labor voluptasque*, DISSIMILLIMA *natura, societate quadam inter se juncta sunt.*

N. B. 2.° Si unico substantivo plura junguntur singularia adjectiva ad res diversas significandas, substantivum modo ponitur in singulari, modo in plurali numero; verbum vero semper plurali gaudet, si substantivum est in nominativo. (Cic. Phil. 5. 17). LEGIO MARTIA QUARTAQUE *rempublicam* DEFENDUNT. (Tac. Ann. 1. 31). PRIMA ET VICESIMA LEGIONES. (Hispane, *Las legiones primera y vigésima*, vel *la legión primera y la vigésima)*.

2.° Ubi verbum intercedit singularis numeri (n. 246 et 247) adjectivum cum viciniore consentit. (Cic. Cluent. 53). *Mens et animus et consilium et sententia* POSITA *est in legibus*. (id. Cat. 4. 7). *Quis est cui non haec templa, aspectus urbis, possessio libertatis, lux denique haec ipsa, et hoc commune patriae solum, quum sit* CARUM, *tum vero* DULCE *atque* JUCUNDUM?

3.° Si verbum ponitur in plurali numero (n. 245).

α) Substantiva rerum animatarum postulant adjectivum plurale in genere praestantiore. Virile praestantius est muliebri et neutro. (Ter. Eun. 3. 8. 11). *Quam pridem pater mihi et mater* MORTUI *essent*. (Liv. 5. 54). *Dea Juventus Terminusque Deus id non sunt* PASSI.

N. B. Si femineum cum neutro conjungitur, satius erit circuitione uti hoc modo: *Lucretia castissima fuit, qua virtute etiam ejus mancipium floruit.* Id tutius quam *fuerunt castae.*

β) Quando res sunt inanimatae, usurpamus plerumque genus neutrum; nonnumquam tamen genus petitur a viciniore numeri pluralis, vel a masculino aut feminino, si omnia substantiva sunt hujus generis. (Liv. 35. 25). *Divitiae, decus, gloria in oculis* SITA *sunt*. (id. 37. 32). *Ira et avaritia imperio* POTENTIORA *erant*. (Cic. Leg. 1. 18). *Societas hominum, et aequalitas, et justitia per se* EXPETENDA *sunt*. (id. Cat. 4. 1). *Video, P. C., in me omnium vestrum ora atque oculos esse* CONVERSOS. (Quint. 1. 10. 17). *Grammatice quondam ac musice* JUNCTAE *fuerunt.*

N. B. 1.° Quum personae aliis rebus conjunguntur, usurpatur genus personae: quod si vicinius substantivum sit plurale, cum hoc poterit adjectivum cohaerere. (Liv. 21. 50). *Rex regiaque classis una* PROFECTI *sunt*. (id. 5. 45). *Patres decrevere legatos sortesque oraculi Pythici* EXSPECTANDAS.

N. B. 2.° Poëtae atque historici, intercedente praepositione *cum*, verbum plurali, immo et praestantiori personae generique reddunt; oratores vero nullam habent rationem ablativi. (Virg. Aen. 1. 292). REMO CUM FRATRE *Quirinus jura* DABUNT. (Quirino con su hermano Remo dictarán leyes). (id. Aen. 2. 494). DIVELLIMUR *inde Iphitus et Pelias* MECUM. (Cic. Att. 3. 8). *Neque totum animum tuum moerori mecum simul* DEDISSES. (Ov. Fast. 4. 5. 54). *Ilia cum Lauso de Numitore* SATI.

N. B. 3.° Participia *appellatus, creditus, dicendus, dictus, factus, visus*, et caetera ejusdem generis, si cum duobus substantivis diversorum generum ponuntur, cohaerent fere cum eo quod est fundamentum orationis. (Plin. 3. 10). PUTEOLI *colonia Dicaearchia* DICTI.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ARTICULUS III. De relativo cum antecedente [230-232]

250. Relativum *qui, quae, quod,* et demonstrativa loco relativi posita, concordant cum antecedente in genere et numero. (Cic. Fam. 16. 7). Nemo *nos amat,* qui *te non diligat.* (id. Fam. 14. 3). *Accepi ab Aristocrito tres* epistolas, quas *ego lacrimis prope delevi.* (id. Att. 3. 1). *Eunti mihi Antium, venit obviam tuus* puer; is *mihi litteras abs te reddidit.*

N. B. 1.° Orationis membrum loco antecedentis oponitur, idque in singulari numero et neutro genere. (Cic. Balb. 2). *Unum objicitur* (Cornelium) *natum esse Gadibus;* quod *negat nemo.* (id. Rosc. Am. 4). *Sin a vobis,* id quod *non spero, deserar, tamen animo non deficiam.*

N. B. 2.° Interdum antecedens iteratur post relativum. (Cic. Q. Fr. 3. 3). Diem *scito esse nullum, quo* die *non dicam pro reo.* (id. Caecil. 4). *Posset aliquod* tempus *accidere, quo* tempore *Siculi aliquid requirerent* [423].

251. Si plura antecedant substantiva, idem observandum est quod dictum est de adjectivis (n. 245 et seqq.).

Nam 1.° relativum plurale praestantius genus sibi vindicat. (Cic. Off. 1. 1). *Propter summam et* doctoris *auctoritatem et* urbis, quorum *alter te scientia augere potest, altera exemplis.*

2.° Neutrum saepe praefertur, praecipue quum de rebus inanimatis sermo est. (Cic. Att. 3. 23). *Quae* vita *esset nostra, quae* suavitas, *quae* dignitas; *ad* quae *recuperanda per fortunas incumbe.* (id. Phil. 2. 75). *Repetebant praeterea* deos *patrios,* aras, focos, larem *suum familiarem, in* quae *tu, Antoni, invaseras.*

3.° Saepe relativum cum viciniore substantivo consentit. (Cic. Pis. 20). *Mihi enim non venerat in mentem furorem, et* insaniam *optare vobis, in* quam *incidistis.*

N. B. 1.° Quum antecedens constat ex duobus substantivis continuatis, relativum cum alterutro consentire poterit. (Caes. B. G. 1. 2). *Helvetii continentur* flumine Reno, qui *agrum Helvetium a Germanis dividit.* (id. ib. 6. 33). *Ad* flumen Scaldem, quod *influit in Mosam.* Si vero appositum sit *urbs, oppidum, civitas,* cum his fere consentiet relativum.

N. B. 2.° Quum antecedens est pronomen generis neutrius, utrumque cohaeret saepissime cum consequente substantivo. (Sall. Cat. 51). Quae *apud alios* iracundia *dicitur,* ea *in imperio* superbia *atque* crudelitas *appellatur,* (pro *quod apud.... id....* Lo que se llama ira, esto....). (Cic. Fin. 2. 22. 70). *Negat Epicurus* (hoc *enim vestrum lumen est...*). (id. Off. 3. 10). *Non amicitiae* tales, *sed conjurationes putandae sunt.* (Una cosa tal no debe considerarse como amistad....). Idem fit aliquando apud hispanos. (Bello. n. 967).

252. Si relativum inter duo substantiva ponatur, cum alterutro consentire poterit. (Sall. 55). *Est locus in carcere,* quod Tullianum *appellatur.* (Caes. B. G. 5. 11). Flumen quod *appellatur Tamesis.* (Cic. Leg. 1. 7). *Animal plenum rationis et consilii,* quem *vocamus* hominem.

253. Antecedens nonnumquam ad orationem relativi trajicitur, tunc vero relativum *qui, quae, quod,* venuste antecedenti praeponitur, et cum eodem cohaeret genere, numero et casu. Saepe subjicitur demonstrativum. (Cic. Tusc. 1. 18). Quam *quisque norit* artem, *in* hac *se exerceat.* (id. Syll. 33). Quae *prima innocentis mihi* defensio *est oblata, suscepi.* (id. Att. 12. 34). Quibus *de* rebus *ad me scripsisti, quoniam ipse venio, videbimus.*

N. B. 1.° Haec constructio solet semper usurpari, quum antecedens est substantivum continuatum, vel superlativum. (Cic. Amic. 17). *Sunt firmi et stabiles et constantes eligendi (amici),* cujus generis *est magna penuria,* (pro *genus cujus...*). (id. Off. 3. 25). *Agamemnon, quum devovisset Dianae* quod *in suo regno* pulcherrimum *natum esset illo anno, immolavit Iphigeniam.*

N. B. 2.° *Quantus, qualis* et caetera id genus nomina, quum relativa fiunt, non cum antecedente, sed cum consequente substantivo consentiunt genere, numero et casu. (Cic. Fam. 12. 7). *Dixi de te quae potui tanta contentione,* quantum forum *est.*

N. B. 3.° Antecedens saepe omittitur, si est pronomen demonstrativum. (Cic. Amic. 22). *Maximum ornamentum amicitiae tollit, qui ex ea tollit verecundiam* (Cf. n. 474. 3.°).

ADMONITIO

254. Juvat optimum P. Alvari monitum describere [n. 230].

«Quidam personam addunt, in qua etiam relativum cum antecedente consentiat; negant alii addendam, quod nullam certam personam includat provocabulum sive relativum, unde a veteribus infinitum pronomen appellatum sit.

Hac et ejusdem generis quaestionibus praetermissis, multis propositis exemplis exerceantur pueri quam studiosissime, nullusque praetermittatur dies, quin aliquid latine scribant: ita enim fiet ut brevi magnos faciant progressus. Assuescant denique potius emendate loqui et scribere, quam barbare disputare. Illae vero concertationes, in quibus de limanda oratione, de orthographia, de notandis vitiis agitur, maxime sunt utiles: nam et animos excitant alacrioresque reddunt, et ingenia alunt.»

ARTICULUS IV. Substantiva continuata [236-237]

255. Substantiva continuata, quae ad eamdem rem spectant, casu concordant, quamvis genere et numero aliquando dissentiant.

N. B. Continuata substantiva dicuntur quae nulla conjunctione sunt vincta, quae et apposita appellantur.

(Cic. Fam. 1. 1). M. Cicero *S. D.* P. Lentulo proconsuli. (id. Att. 1. 8). *Tulliola,* deliciolae *nostrae, tuum munusculum flagitat.* (id. Fam. 8. 8). *Scito Sempronium Rufum,* mel *ac* delicias *tuas, calumniam maximo plausu tulisse.*

256. Substantiva continuata, quum genere vel numero discrepant, si alterum proprium sit personae, cum eo verbum caeteraque consentiunt; alias cum nomine magis communi. (Cic. Balb. 15). *Quum duo fulmina no-*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

stri imperii CN. *et* P. SCIPIONES EXTINCTI *occidissent.* (id. Fam. 7. 1). *Deliciae vero tuae noster* AESOPUS *ejusmodi* FUIT, *ut* EI *desinere per omnes homines liceret.* (Plin. 31. 8. 2). *Tungri* CIVITAS *Galliae fontem* HABET *insignem.* (Liv. 2. 33). *Corioli* OPPIDUM CAPTUM.

N. B. Continuantur fere substantiva in ejusmodi loquutionibus: *Africa provincia, Sicilia insula, Corioli oppidum, Quintus frater, Ennius poëta.* Praeposito vero nomine magis communi: *urbs Roma, nomen Petrus, cognomen Africanus* etc.... (Cic. Verr. 2. 4. 53). *Fons cui* NOMEN ARETHUSA *est.* (id. Acad. 4. 137). *Fuit* URBS ROMA. (Caes. B. G. 1. 1). *A* GARUMNA FLUMINE *ad* PYRENAEOS MONTES.

Id saepe efferunt hispani beneficio praepositionis *de: La ciudad de Roma. La isla de Sicilia.* etc. (dicunt tamen: *el rio Ebro, el monte Sinai* etc.). Etiam apud latinos poëtas non raro alterum nomen ponitur in genitivo, (quem *definitivum, explicativum, appositivum* appellant): (Virg. Aen. 1. 247). *Urbs Patavi.* (3. 293). *Urbs Buthroti.* (5. 564). *Arbor mali.* (6. 659). *Amnis Eridani.* (7. 714). *Flumen Himellae* etc. [n. 236].

CAPUT II

DE CONSTRUCTIONE SUBSTANTIVI NOMINIS

257. [244]. Substantiva nomina genitivum habere possunt ejus rei ad quam res pertinere significatur. (Cic. Pis. 19). *Supplicium autem est* POENA PECCATI. (id. Amic. 22). *Maximum* ORNAMENTUM AMICITIAE *tollit, qui ex ea tollit verecundiam.*

N. B. 1.° Huc spectat omnis substantivorum silva, sive rem possessam, sive numerum significent, ut: *equus Alexandri; par amicorum; modius tritici* etc. Praeterea verbalia in *tor, trix, sor, us, io,* ut: *servator patriae; expultrix vitiorum; censor morum; contemptus divitiarum; moderatio animi.*

N. B. 2.° *Reus* genitivum admittit vel ablativum cum praepositione *de.* (Cic. Flac. 3). *Reus* AVARITIAE. (id. Sext. 35). DE VI *reus.*

N. B. 3.° Poëtice pro genitivo ponitur dativus commodi vel incommodi. (Virg. Aen. 9. 770). HUIC (= *hujus*) *uno dejectum ictu longe jacuit caput.*

258. [246 et 288]. Substantiva quae qualitatem aliquam significant, si afficiuntur adjectivo, genitivo vel ablativo gaudent. Saepe intercedit verbum *sum.* (Cic. Fam. 4. 8). *Neque monere te audeo* PRAESTANTI PRUDENTIA *virum, neque confirmare* MAXIMI ANIMI *hominem.* (id. Fam. 3. 7). *Etiamne tu, Appi, homo* SUMMA PRUDENTIA, MULTA *etiam* DOCTRINA, PLURIMO *rerum* USU, *id existimas?* (id. Sext. 16). *Nimium me timidum* NULLIUS ANIMI, NULLIUS CONSILII FUISSE *confiteor.* (id. De cl. or. 58). SUMMO *iste quidem dicitur* INGENIO FUISSE. (Cf. n. 271).

N. B. 1.° Huic substantivo debet adjungi adjectivum, ut tradit praeceptum: neque enim dices: *vir ingenii,* sed *vir ingeniosus.*

N. B. 2.° Ablativum tantum sibi vindicant illae loquutiones, quae ex substantivo et pronomine constant: v. gr. *esse ea mente, eo animo,*

CAPUT III

DE CONSTRUCTIONE NOMINIS ADJECTIVI IN GENERE

ARTICULUS I. GENITIVUS POST ADJECTIVA

§ I. GENITIVUS FIXUS

259. [247]. Adjectiva quae *scientiam, communionem, studium* et his contraria significant, genitivo junguntur. (Cic. De cl. or. 21). *Fabius pictor et* JURIS *et* LITTERARUM *et* ANTIQUITATIS *bene* PERITUS. (id. Fam. 5. 5). *Homo* TUI CUPIDUS. (id. Fin. 5. 23). *Ita copulatae* (virtutes) *connexaeque sunt, ut omnes* OMNIUM PARTICIPES *sint.* (Hor. Od. 3. 3). *Justum et* TENACEM PROPOSITI *virum.* (Cf. n. 334. Adm.).

EXEMPLA AD EXERCENDUM:

Perītus *(perito).* (Cic. Font. 7). Multarum rerum peritus.
Rudis *(rudo).* **Ignarus** *(ignorante).* (Cic. Flac. 7). Rerum omnium rudes ignarique.
Gnarus *(conocedor).* (Cic. Brut. 64). Gnarus reipublicae.
Memor *(el que se acuerda).* (Cic. Phil. 2. 18). Memor patriae.
Consors *(compañero).* (Cic. Flac. 15). Consors mendicitatis.
Exors *(el que no tiene parte).* (Liv. 22. 44). Exors culpae.
Compos *(el que posee).* (Cic. Phil. 2. 38). Compos mentis.
Impŏtens *(el que no domina).* (Curt. 8. 1). Impotens animi.
Insŏlens *(no acostumbrado á).* (Cic. Att. 2. 21). Insolens infamiae.
Tenax *(tenaz).* (Sen. 7. 5). Tenax recti.
Avĭdus *(ávido).* (Sall. Cat. 7). Laudis avidi.
Studiosus *(aficionado á).* (Cic. Orat. 1. 59). Adolescentes dicendi studiosi.

N. B. *Doctus, peritus* et *eruditus* eleganter habent ablativum, nonnumquam accusativum cum *ad.* (Cic. Brut. 28. 107). *Brutus erat cum* LITTERIS LATINIS, *tum etiam* GRAECIS, *ut temporibus illis,* ERUDITUS. (según lo que cabía en aquellos tiempos...). (id. Q. Fr. 1. 1). AD NIMIAM ASSENTATIONEM ERUDITI. (id. Brut. 46). DOCTI *et* GRAECIS LITTERIS *et* LATINIS [369].

260. [245]. Adjectiva in neutra terminatione substantive posita, more substantivorum genitivum poscunt, modo sint in nominativo vel in accusativo sine praepositione. (Cic. Senec. 36). TANTUM CIBI *et* POTIONIS *adhibendum est, ut reficiantur vires non opprimantur.* (id. Muren. 38). *Vident* QUANTUM *in te sit* ANIMI, QUANTUM INGENII, QUANTUM AUCTORITATIS. (id. Fam. 6. 21). *Praesertim quum* OMNIUM RERUM *mors sit* EXTREMUM.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

N. B. 1.° Dicitur tamen: *ad multum diei, ad id loci.*

N. B. 2.° Hujus classis sunt *multum, plus, plurimum, tantum, quantum, minus, minimum, summum, extremum, ultimum, postremum,* etc.... Reperies etiam in plurali apud historicos et poetas *abdita rerum, strata viarum, occulta saltuum, incerta fortunae, angusta viarum,* et id genus alia. (Cf. n. 274).

N. B. 3.° Item pronomina neutra *hoc, id, illud, istud, quod, quid, quidquid, aliquid,* substantive posita; ut *hoc commodi, novi, noctis, temporis; id aetatis, virium, solitudinis* etc. (Cic. Fam. 2. 8). Hoc *ad te* LITTERARUM *dedi.* (Te escribí esta carta). (id. Att. 1. 13). *Res* EODEM *est* LOCI, *quo reliquisti.* (Está la cosa en el mismo punto en que la dejaste). (id. ib.). QUID *in Epiro* TEMPORIS *ponas.* (id. Fam. 6. 20). ID AETATIS *jam sumus.* (Cf. n. 442. N. B. 2.°).

N. B. 4.° Adduntur etiam genitivi adjectivorum in *i*, modo complementum nullum habeant. (Cic. N. D. 3. 36). NIHIL NOVI. Non tamen dices: *aliquid memorabilis,* sed *memorabile; nihil expectatione digni,* sed cum Cic. (de Or. 1. 30). *Nihil expectatione vestra* DIGNUM.

§ II. Genitivus vel dativus

261. [257]. Adjectiva quae *similitudinem* aut *dissimilitudinem* significant, item *communis* et *proprius,* interrogandi vel dandi casum admittunt. (Cic. Fin. 5. 5). PATRI SIMILIS *filius.* (Ter. Eun. 3. 2. 43). DOMINI SIMILIS *es.* (Cic. Phil. 2. 24). *Saturavit se* (Antonius) *sanguine* DISSIMILLIMORUM SUI *civium.* (id. Senec. 11). *Id quidem non* PROPRIUM SENECTUTIS *vitium est, sed* COMMUNE VALETUDINIS.

N. B. 1.° Eamdem constructionem amat *sacer* (dedicado à). (Ov. Med. 3. 623). SACRA JOVIS *quercus.*

N. B. 2.° *Communis* habet non raro casus duos, dativum scilicet et ablativum cum praepositione *cum.* (Cic. Verr. 2. 3. 88). *Sunt quaedam* TIBI CUM MULTIS COMMUNIA. *Proprius* cum genitivo significat *peculiar,* cum dativo *propio.*

262. [258]. *Aequalis* quum ad aetatem tempusque refertur *(contemporáneo),* genitivum habet, alias *(igual)* dativum. (Cic. Fin. 4. 24). *Conferam Drusum cum C. Graccho* EJUS *fere* AEQUALI. (id. Leg. 2. 10). *Paupertatem* DIVITIIS *esse* AEQUALEM.

263. *Conscius* (el que sabe ó tiene conciencia de algo) quum ad personas refertur, dativum habet, quum autem ad rem, genitivum frequentissime, interdum etiam dativum; nonnumquam utrumque casum. (Cic. Fam. 5. 5). *Homo* OMNIUM MEORUM *in te* OFFICIORUM *maxime* CONSCIUS. (Ter. Adelph. 3. 2. 349). MIHI *sum* CONSCIA *a me culpam esse hanc procul* (tengoconciencia). (Cic. Off. 3. 18). SIBI NULLIUS CONSCII CULPAE.

[263]. N. B. *Alienus* ita construitur:
(Cic. Caecin. 9). *Quod* ILLI CAUSAE *maxime est* ALIENUM. (desfavorable).
(id. Att. 16. 3). *Labor* ALIENUS A DIGNITATE NOSTRA. (ajeno).
(id. Div. 1. 38). *Neque hoc dii* ALIENUM *ducunt* MAJESTATE SUA. (ajeno, impropio de).
(id. Fin. 1. 4). *Quis* ALIENUM *putet* EJUS *esse* DIGNITATIS. (raro) (contrario).

§ III. Genitivus vel ablativus

264. [261]. Adjectiva quae *copiam* aut *inopiam* significant, genitivum vel ablativum postulant.

1.° Genitivum fere habent:
Fertĭlis et *plēnus* et *inops, immūnis, egēnus.*

2.° Admittunt saepius ablativum:
Confertus, locŭples, copiosus, inānis, onustus,
Et *praestans, vacŭus, dives* cum *nudus, abundans.*

3.° *Vacŭus, nudus* et *orbus* admittunt etiam praepositionem *a* vel *ab.*

EXEMPLA:
Fertĭlis *(fértil).* (Cic. N. D. 2. 52). Fertiles agri alii aliorum fructuum.
Plenus *(lleno).* (Cic. Somn. Scip. 2). De pleno stellarum loco. (Cic. Verr. 6. 57). Plenus ornamentis.
Inops *(necesitado).* (Cic. de Orat. 2. 10). Inops humanitatis.
Immūnis *(inmune).* (Liv. 38. 14). Immunes portoriorum. (Liv. 1. 43). Centuria immunis militia.
Egēnus *(necesitado).* (Liv. 9. 6). Omnium egeni.
Confertus *(lleno).* (Cic. Tusc. 3. 19). Liber confertus voluptatibus.
Locŭples *(rico).* (Cic. Fin. 5. 5). Lysias oratione locuples.
Copiosus *(copioso).* (Cic. Cat. 2. 8). Tu agris copiosus.
Dives *(rico).* (Hor. ad Pis. 244). Dives agris.
Onustus *(cargado).* (Cic. Off. 3. 12). Naves onustae frumento.
Complētus *(lleno).* (Cic. Tusc. 1. 43). Coelum humano genere completum. (Cic. Verr. 7. 57). Completus mercatorum carcer.
Vacŭus *(vacío).* (Sall. Jug. 95). Vacuus frugum. (Cic. Univ. 4). Vacuus igni. (Caes. B. G. 2. 12). Vacuus a defensoribus.
Nudus *(desnudo).* (Sall. Jug. 84). Nudus gignentium. (Cic. Att. 7. 13). Nudus praesidio. (Cic. Verr. 62). Messana ab his rebus nuda est.
Inānis *(vacío).* (Cic. Orat. 19). Inanis verborum. (Cic. Verr. 5. 52). Inanis aratoribus.
Praestans *(aventajado).* (Cic. Acad. 1. 4). Praestantissimi studio atque doctrina.
Orbus *(huérfano).* (Cic. Leg. 3. 3). Plebs orba tribunis. (Cic. Flacc. 23). Fuit orba ab optimatibus contio.

265. [264]. *Intĕger* (íntegro), *purus* (puro), *secūrus* (seguro, sin cuidado) genitivum exigunt vel ablativum cum praepositione *a* vel *ab; securus* etiam cum praepositione *de.* (Hor. Od. 1. 22). INTEGER VITAE SCELERIS*que* PURUS. (Cic. Fam. 10. 24). SECUROS *vos* AB HAC PARTE *reddam.* (Sen. Ep. 4. 1). *Mentis* AB OMNI LABE PURAE *et splendidae.*

266. [247]. *Certior* (sabedor) genitivo vel ablativo cum praepositione *de* gaudet. (Cic. Att. 3. 10). *Faciam te* CONSILII *nostri* CERTIOREM. (id. Fam. 4. 5). *Te* DE HIS REBUS *quae hic geruntur* CERTIOREM *faciam.*

ARTICULUS II. Dativus post adjectiva

§ I. Dativus fixus [258]

267. Adjectiva quibus *commodum, voluptas, propinquitas, gratia, favor, fidelitas, aequalitas* et his contraria significantur, dativum poscunt. (Cic. Fam. 6. 6). *Erat meum consilium quum* FIDELE POMPEJO, *tum* SALUTARE UTRIQUE. (Cic. Att. 12. 4). *O* GRATAS *tuas* MIHI JUCUNDAS*que litteras.*

EXERCITATIONES:

Carus *(amado),* } (Cic. Cat. 4. 6). Comes populo carus atque jucundus.
Jucundus *(agradable),* }
Pergrātus *(muy grato).* (Caes. B. C. 1. 86). Militibus fuit pergratum.
Salutāris *(saludable).* (Cic. Brut. 15). Mihi tractatio litterarum salutaris fuit.
Gratus *(grato).* (Cic. Fam. 13. 44). Hoc mihi gratius facere nihil potes.
Perniciosus *(pernicioso).* (Cic. Inv. 1. 1). Perniciosus patriae civis.
Vicīnus *(vecino).* (Cic. Or. 113). Dialectica vicina et finitima rhetoricae est.
Proxĭmus *(cercano).* (Cic. pro Dom. 74). Proximus senatoriae dignitati.
Affīnis *(afin).* (Cic. post. red. 11). Mihi affinis erat.
Contrarius *(contrario).* (Cic. Off. 3. 33). Utilitas saepius honestati est contraria.
Amicus *(amigo).* (Cic. de Or. 2. 72). Judex amicus adversario.
Inimicus *(enemigo).* (Cic. Att. 2. 21). Clodius inimicus est nobis.
Familiaris *(familiar).* (Cic. Fam. 7. 14). Tu es Caesari familiaris.
Par *(igual).* (Cic. Leg. 3. 11). Noxae poena par esto.

N. B. 1.° Quae *gratiam, favorem* et contrarium significant saepe accusativum habent cum praepositione *erga, in, adversus.* (Plaut. Capt. 2. 2. 99). *Me esse scit* ERGA SE BENEVOLUM.

N. B. 2.° *Propior* et *proximus* habent etiam accusativum. (Sall. Jug. 53). *Ipse* PROPIOR MONTEM *pedites collocat.* (Liv. 35. 27). *Qui* PROXIMUS FINEM *Megalopolitarum est.*

N. B. 3.° Multa quae putantur dativum habere, ut *proximus, propinquus, cognatus, amicus, socius, familiaris, commilito, conservus, condiscipulus* et alia id genus, dativum habent beneficio verbi substantivi; nam ab hoc separata, non dativum habent sed genitivum vel adjectivum, ut «*Hannibal occidit omnes* PROPINQUOS FABII, non *Fabio*» [278].

268. Dativo etiam junguntur verbalia in *bilis* et quaedam composita ex praepositione *cum, ab* et *dis.* (Cic. Phil. 7. 3). CUI *pax praesertim civilis fuit* OPTABILIS. (id. Phil. 9. 7). *Quum ejus mors* CONSENTANEA VITAE *fuerit sanctissime honestissimeque actae.* (Liv. 1. 15). ABSONUM *fidei divinae originis.*

N. B. *Absŏnus* habet etiam ablativum cum praepositione *a* vel *ab.* (Liv. 7. 2). *Nec* ABSONI A VOCE *motus erant.*

269. His adde *supplex* (suplicante), *obvĭus* (el que sale al encuentro), *pervĭus* (abierto, patente), *obnoxĭus* (sujeto). (Cic. Tusc. 1. 29). *Nec* JUDICIBUS SUPPLEX (Socrates) *fuit.* (id. Att. 6. 4). *Fac ut* MIHI *tuae litterae*

volent OBVIAE. (Tac. Hist. 3. 8). *Ne* PERVIUM *(iter)* GERMANIS EXERCITIBUS *foret.* (Plin. Ep. 3. 14). *Vides quot* PERICULIS, *quot* CONTUMELIIS, *quot* LUDIBRIIS *simus* OBNOXII?

§ II. Dativus vel accusativus [259]

270. Adjectiva quae *aptitudinem* significant, dativum habent et saepius accusativum cum praepositione *ad,* ut *aptus, idoneus, habilis, natus bello* vel *ad bellum* (idóneo, nacido para la guerra). (Cic. Pis. 41). *Ille gurges atque helluo* NATUS ABDOMINI *suo, non* LAUDI *atque* GLORIAE. (id. Mil. 20). *Locus* AD INSIDIAS APTIOR. (id. Brut. 68). *Cn. Pompejus vir* AD OMNIA *summa* NATUS. (id. Off. 3. 6). *Homo* AD NULLAM REM UTILIS.

N. B. 1.° Quae *propensionem* significant, accusativum habent cum praepositione *ad* vel *in.* (Cic. Att. 8. 3). *Multitudo et infimus quisque* PROPENSUS IN ALTERAM PARTEM.

N. B. 2.° Quae referuntur ad *commodum,* ut *aptus, accommodatus, utilis, inutilis,* dativo tum personae tum rei adjungi possunt, accusativo autem rei cum praepositione *ad,* et plenius utrique casui. (Cic. Fam. 3. 6). *Etsi ille adventus* MIHI AD MULTAS RES *minus* APTUS *erat.*

ARTICULUS III. Ablativus post adjectiva [261-264]

271. [269]. Multa adjectiva ablativum postulant significantem *laudem, vituperationem* vel *partem.* (n. 258 et 294). (Cic. Orat. 1. 25). *Sunt quidam aut ita* LINGUA HAESITANTES, *aut ita* VOCE ABSONI. (Hay algunos, que tienen tan trabada la lengua y tan desapacible voz). (Q. Cic. pet. cons. 3). *Qui nequaquam sunt tam* GENERE INSIGNES *quam* VITIIS NOBILES (1).

N. B. 1.° Huc pertinent illa: *Aeger pedibus. Natione Gallus.* (Cic. Tusc. 5. 40). OCULIS *et* AURIBUS CAPTUS. (Ciego y sordo). (id. Rab. 7). MEMBRIS *omnibus* CAPTUS. (Paralítico). (id. Acad. 1. 2). MENTE CAPTUS. (Demente). Alia ut *Amore captus, Vino captus* (ebrio), nihil sunt aliud quam loquutiones passivae.

N. B. 2.° Item loquutiones illae quae constant ex vocativis *macte, macti,* quibus utimur in gratulando, plaudendo et cohortando. (Cic. Tusc. 1. 17). MACTE VIRTUTE. (Sen. ep. 66). MACTE VIRTUTE *esto.* (Plin. h. n. 2. 12). MACTI INGENIO *este.* (Virg. Aen. 9. 640). MACTE NOVA VIRTUTE *puer.* (¡Valor! ¡ánimo!). Item (Cic. Brut. 70. 247). *Non tardus* SENTENTIIS, *non* INOPS VERBIS (Cf. n. 264).

N. B. 3.° Hunc ablativum in accusativum mutant poetae, sive graecorum more, sive subtracta praepositione *secundum,* ut apud graecos κατά. (Virg. Aen. 1. 589). OS HUMEROS*que deo similis.*

(1) Hujusmodi ablativum modo *qualitatis,* modo *determinativum* appellant recentiores.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

272. *Praeditus* (dotado), *fretus* (fiado), *contentus* (contento), *dignus*, *indignus* ablativum sine praepositione optant. (Cic. Cael. 24). *Adolescens rectissimis* STUDIIS *atque optimis* ARTIBUS PRAEDITUS. (id. Quint. 3). *Mediocri* QUAESTU CONTENTUS *esse non poterat*. (No podía estar contento con una ganancia mediana). (id. pro Domo. 51). *Voluntas omni* LAUDE DIGNA.

N. B. *Dignus* raro genitivum habet.

273. *Tutus* (seguro), *sospes* (salvo), *innoxius* (ileso), *adjectiva diversitatis* et *numeralia ordinis* ablativum postulant cum praepositione *a* vel *ab*. (Colum. 5. 9). INNOXIUS AB INJURIA *pecorum*. (Hor. od. 37. 13). SOSPES *navis* AB IGNIBUS. (Cic. Acad. 1. 32). A TE *totus* DIVERSUS *est*. (Hirt. B. Alex. 66). *Imperio et potentia* SECUNDUS A REGE.

N. B. 1.° *Extorris* (desterrado), *liber* (libre), *cassus* (privado) ablativum postulant cum praepositione *a* vel *ab* vel sine praepositione. (Liv. 5. 30). EXTORRIS AB SOLO *patrio*. (Cic. Agr. 1. 9). LIBERI A DELICTIS. (Virg. Aen. 2. 85). *Nunc* CASSUM LUMINE *lugent*.

N. B. 2.° *Natus, ortus, satus, cretus, oriundus*, et alia, quae *ortum* vel *originem* significant, ablativo junguntur sine praepositione, raro cum praepositione *ex* vel *de*, si de matre sit sermo. (Cic. Tusc. 5. 20). *Quum esset* BONIS PARENTIBUS *atque honesto loco* NATUS. Mensura vero aetatis in accusativo ponitur. (Cf. n. 302). (Cic. Tusc. 5. 20). QUINQUE *et* VIGINTI NATUS ANNOS. (Teniendo veinticinco años). (id. Sen. 10). NONAGINTA ANNOS NATUS. (Teniendo noventa años). Id exprimitur etiam ope verbi *ago*, tunc vero usurpabis ordinalia et unum annum addes: v. g. *Sextum et vigesimum agens annum. Nonagesimum primum annum agens.*

CAPUT IV

DE CONSTRUCTIONE NOMINIS ADJECTIVI IN SPECIE

ARTICULUS I. PARTITIVA, SUPERLATIVA, NUMERALIA [249-255]

274. *Partitiva*, *superlativa* et *numeralia* substantive sumpta genitivo multitudinis gaudent, qui mutari potest in ablativum cum praepositione *e* vel *ex* vel *de*, vel in accusativum cum *inter*. (Cic. N. D. 1. 35). *Elephanto* BELLUARUM NULLA *prudentior*. (id. Fam. 16. 1). DE *tuis innumerabilibus in me* OFFICIIS *erit hoc* GRATISSIMUM. (Curt. 8. 2). OCTOGINTA MACEDONUM *interfecerunt*. (Cic. Rosc. Am. 6). *Ipse* HONESTISSIMUS INTER SUOS *numerabatur*. (Cic. Sen. 10). *Minus habeo virium quam* VESTRUM UTERVIS. (Cf. n. 260. N. B. 2.°).

N. B. 1.° *Partitiva* et *superlativa* junguntur etiam nomini singulari, quod multitudinem significet. (Cic. Fam. 13. 13). *Sic prorsus ut* NOSTRI ORDINIS *observet* NEMINEM *diligentius*. (id. Rab. Post. 9). *Virum unum* TOTIUS GRAECIAE *facile* DOCTISSIMUM *Platonem in maximis periculis esse versatum accepimus*. (id. Att. 1. 18). *Reperire* EX MAGNA TURBA NEMINEM *possumus*.

N. B. 2.° Adjective sumpta cohaerent etiam cum suis substantivis, ut *fortissimi viri; septimus rex Romanorum; uterque frater. Uterque* habet semper genitivum quum pronominibus adhaeret.

N. B. 3.° Nonnumquam suppletur *partitivum*. (Cic. Prov. cons. 2). *Venio ad ipsas provincias,* QUARUM *Macedonia graviter a barbaris vexatur*. Quod si relativum ad totum antecedens referatur, non vero ad partem, usurpetur casus verbo congruens. (Cic. Phil. 2. 6). *Veniamus ad vivos*, QUI *duo de consularium numero reliqui sunt*. (id. de Or. 3. 24). *Hominibus opus est eruditis,* QUI *adhuc in hoc quidem genere nostri nulli fuerunt*.

275. Tum superlativa tum partitiva cohaerent (quod attinet ad genus) modo cum suis substantivis, modo cum casu apposito. (Cic. N. D. 2. 52). INDUS *est omnium fluminum* MAXIMUS. (id. Phil. 2. 44). *Servitus* MALORUM *omnium* POSTREMUM.

276. Nomen *mille* modo adjectivum est, modo substantivum. *Mille* adjectivum *(mil)*, plurale est et indeclinabile, ac proinde jungitur omnibus casibus numeri pluralis. (Cic. Fam. 10. 9). EQUITES MILLE *via breviori praemisi*. (Hor. Sat. 2. 3. 115). *Positis intus veteris Falerni* MILLE CADIS. (Depositados en la bodega mil barriles del rancio de Falerno).

Mille substantivum *(millar)*, singulariter est indeclinabile; pluraliter vero dicimus *millia*, *millium*, *millibus*, etc.; in utroque autem numero genitivum postulat more substantivorum. (n. 257). (Hor. Sat. 2. 3. 197). MILLE OVIUM *insanus morti dedit*. (Cic. Quint. 25). SEPTINGENTA MILLIA PASSUUM.

N. B. 1.° Si sequitur alter numerus, *mille* adhibetur fere ut adjectivum. (Liv. 37. 40). MILLE ET QUINGENTOS EQUITES *Gallograecorum opposuit*.

N. B. 2.° Quum post nomen *millia* adhibentur numeri minores, res numerata ponitur in eodem casu quo *millia*, si subsequitur; in genitivo fere, si antecedit. (Liv. 10. 20). *Caesa ad sex millia hominum, duo* MILLIA ET QUINGENTI (HOMINES) CAPTI. (id. 37. 40). GALLOGRAECORUM EQUITUM *duo millia et quingenti*.

N. B. 3.° *Millia* raro cohaeret cum re numerata ut substantivum continuatum. (Liv. 37. 40). *Quatuor* MILLIA CYRTAEI *funditores*. (Cuatro mil honderos Cirteos).

N. B. 4.° *Bis mille, ter mille* etc. pro *duo millia* etc. poëticum est.

277. [106]. *Distributivis* ferme utimur, quum idem pariter in plura dividimus. (Cic. Verr. 2. 3. 81). *Quum in Sicilia* SESTERTIIS BINIS *tritici modius esset*.

Res vel mensura in quam cadit distributio saepe accusativo gaudet cum praepositione *in*. (Cic. Verr. 2. 2. 53). *Describebat censores binos* IN SINGULAS CIVITATES *Timarchides*.

N. B. Expresso distributivo *singuli, ae, a*, alter numerus potest esse distributivus vel cardinalis. (Caes. B. C. 1. 52). *Jamque ad denarios* QUINQUAGINTA *in* SINGULOS *modios annona pervenerat*.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

278. Distributivi numeri pro cardinalibus junguntur nominibus quae numero singulari carent, vel aliud significant in singulari, aliud in plurali numero, ut *binae litterae* (dos cartas), *bina castra* (dos campamentos). (Cic. Phil. 12. 11). *Inter* BINA CASTRA *colloquutus est.*

N. B. 1.° *Singuli, ae, a* numquam ponitur pro cardinali *uni, ae, a.* (Sall. Cat. 6). *Postquam in* UNA *moenia convenere.*

N. B. 2.° Distributiva nomina non raro singulari numero usurpantur a poëtis. (Virg. Aen. 5. 120). *Terno ordine.*

N. B. 3.° Utuntur etiam oratores pro cardinalibus. (Plin. 8. 54). *Ideo mares* QUADRAGENIS *diebus latent; feminae* QUATERNIS *mensibus* [108].

ARTICULUS II. Comparativa [265-268]

279. Comparativo utimur cum ablativo, si prior terminus comparationis est in nominativo vel accusativo, alter vero est substantivum vel substantive positus. (Cic. Cat. 1. 3). LUCE *sunt* CLARIORA *nobis tua consilia omnia.* (id. Rep. 1. 10). *Quem auctorem* LOCUPLETIOREM PLATONE *laudare possumus?*

280. Ablativus comparativi, intercedente conjunctione *quam*, mutari potest in casum verbo congruentem. (Cic. Verr. 2. 3. 17). *Tu* INNOCENTIOR QUAM METELLUS? (Liv. 30. 30). MELIOR TUTIOR*que est certa pax* QUAM *sperata* VICTORIA.

N. B. 1.° Hoc autem tunc fieri potest, quum ambo termini pendent ab eodem verbo; secus efficienda est nova propositio ope verbi *sum.* (Cic. Inv. 1. 31). *Si vicinus tuus equum* MELIOREM *habeat* QUAM *tuus* EST. (id. Verr. 4. 20. 44). *Non opinor te (L. Cordio) homini honesto, sed non* GRATIOSIORI QUAM CN. CALIDIUS EST, *argentum reddidisse.*

N. B. 2.° Quamvis termini non pendeant ab eodem verbo, si prior est in accusativo, secundus ponitur etiam saepe in hoc casu per attractionem. (Ter. Phorm. 4. 2. 590). *Ego* HOMINEM CALLIDIOREM *vidi neminem* QUAM PHORMIONEM. (Cic. Fam. 5. 7). *Tibi multo majori quam Africanus fuit,* ME *non multo* MINOREM QUAM LAELIUM, *adjunctum esse patiare.*

281. Necessario usurpatur *quam:*

1.° Si alter terminus comparationis est infinitum, propositio, adverbium aut adjectivum sine substantivo. (Cic. Leg. 3. 34). *Vi opprimi in bona causa est* MELIUS QUAM *male* CEDERE. (Quint. 5. 13). *Facere* QUAM SANARE *vulnera* FACILIUS *est.* (Cic. Planc. 15). *Haec consensio magis* HONESTE QUAM VERE *sodalitas nominatur.* (id. Att. 10. 1). *Celer tuus* DISERTUS MAGIS *est* QUAM SAPIENS.

N. B. Si adjectiva vel adverbia comparantur ope *quam*, utrumque erit comparativum; si vero intercedit *magis quam*, erunt positiva. (Liv. 5. 23). CLARIOR QUAM GRATIOR *fuit.* (id. 4. 23). *Aemili contio fuit* VERIOR QUAM GRATIOR. (Cic. Att. 10. 1). DISERTUS MAGIS *est* QUAM SAPIENS.

2.° Si alter terminus nec nominativus est nec accusativus, sed pendet a nomine utrique termino communi. (Cic. Fin. 3. 22). ANIMI *lineamenta pulchriora sunt* QUAM CORPORIS. (id. Phil. 5. 17). *Saepe* VIRTUTIS *est* QUAM AETATIS *cursus celerior.* (id. Sen. 4). *Fabius Maximus* IN ARMIS *non praestantior fuit* QUAM IN TOGA.

282. Necessario usurpatur ablativus, ubi secundus terminus est relativum *qui, quae, quod.* (Cic. Am. 1). *Tum est Cato loquutus,* QUO *erat nemo fere senior, nemo prudentior.* (Habló entonces Catón, que era casi el más anciano y el más prudente. (id. Off. 1. 83). *Ne offeramus nos periculis sine causa,* QUO *nihil potest esse stultius.*

283. Melius adhibetur ablativus, quando prior terminus est subjectum propositionis negativae, vel interrogativae quae habeat vim negandi. (Cic. Inv. 1. 55). LACRIMA NIHIL *citius arescit.* (id. Div. 2. 14). AQUILA *volat* NULLA AVIS *vehementius.* (id. Att. 9. 10). QUID *eorum* VICTORIA *crudelius? quid funestius?*

N. B. 1.° Comparativa admittunt post se hos ablativos, qui orationem integram supplent: *opinione* (de lo que se cree), *spe* (de lo que se espera), *aequo, justo* (de lo justo), *solito* (de lo que se acostumbra), *dicto* (de lo que se dice). (Cic. de Cl. Or. 1). OPINIONE *omnium* MAJOREM *animo cepi dolorem.* (id. Amic. 16). PLUS AEQUO. (Quintil. 9. 4). *Membrum* LONGIUS JUSTO. (Liv. 23. 47). DICTO CITIUS.

N. B. 2.° Comparativa pro adverbiis *multum, paulum, tantum, quantum, aliquantum, nimium, nihil,* assumunt *multo, paulo, tanto, quanto, aliquanto, nimio, nihilo;* quibus accedunt *hoc, eo* pro *tanto, quo* pro *quanto.* (Cic. Off. 1. 26). QUANTO SUPERIORES *simus,* TANTO *nos geramus* SUBMISSIUS. (id. Fam. 10. 9). HOC MAJUS *habes testimonium amoris mei,* QUO MATURIUS *tibi quam caeteris, consilia mea volui esse nota* [408].

N. B. 3.° Postulant etiam genitivum vel ablativum cum praepositione *ex,* quum partitionem significant. (Liv. 3. 41). JUNIORES PATRUM. (Hor. ad Pis. 366). *O* MAJOR JUVENUM. (Cic. Att. 16. 13). *Epistola* EX DUABUS TUIS PRIOR. (Cf. n. 274).

N. B. 4.° Comparativum absolute positum sine altero termino, aequivalet hispano *algún tanto, bastante, demasiado.* (Cic. Sen. 16). *Senectus est natura* LOQUACIOR. (Los viejos son de suyo un tanto habladores). (id. Sen. 12). *Voluptas, quum* MAJOR *est atque* LONGINQUIOR, *omne animi lumen extinguit.*

284. [405]. Quum extrema proportione carere significamus, si alter terminus est nomen, utimur *quam pro* cum ablativo; si est verbum, *quam ut* vel *quam qui* cum subjunctivo. (Liv. 21. 29). *Praelium* ATROCIUS, QUAM PRO NUMERO *pugnantium editur.* (Se traba un combate más porfiado de lo que consentía el número de los combatientes). (Cic. de Or. 3. 6). *Hoc quoque videtur esse* ALTIUS, QUAM UT *id nos humi strati suspicere* POSSIMUS. (Ov. Met. 6. 195). MAJOR *sum,* QUAM CUI POSSIT *fortuna nocere.*

285. [398]. Comparativa *plus, amplius, minus,* itemque alia mensuram significantia, junguntur cum *quam* vel sine *quam* nominibus quae magnitudinem significant, nec tamen horum casum immutant. (Caes. B. G. 1. 38). *Spatium quod est non* AMPLIUS PEDUM *sexcentorum.* (vel *quam pedum....*)

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

(Cic. Brut. 18. 70). *Zeuxis et Polygnotus non sunt usi* PLUS QUAM QUATUOR COLORIBUS. (vel *plus quatuor coloribus)*. (Liv. 21. 61). *Nix* MINUS QUATUOR PEDES *alta jacuit*. (Caes. B. G. 5. 53). *Gallorum copiae non* LONGIUS MILLIA *passuum octo aberant*. (Liv. 41. 12). PLUS SEPTINGENTI *capti sunt*. (Cic. Quinct. 12). *Quinctius tecum* PLUS ANNUM *vixit*. (id. Rosc. Am. 27). PLUS TRIDUO *Romae fuit*.

N. B. 1.° Quod si haec comparativa vices gerunt nominativi vel accusativi, poterunt etiam post se habere ablativum. (Sall. Cat. 56). *Catilina initio non* AMPLIUS DUOBUS MILLIBUS *(hominum) habuit*. (Cic. Acad. 2. 25). *In columba plures videntur colores, nec est* PLUS UNO.

N. B. 2.° Praeter suum casum admittunt comparativa tum ablativum qui significet excessum, tum positivi casum. (Curt. 5. 1). *Turres* DENIS PEDIBUS *quam murus* ALTIORES. (Cic. Att. 16. 1). MIHI *nemo est* AMICIOR, *nec* JUCUNDIOR *nec* CARIOR *Attico*.

CAPUT V

DE CONSTRUCTIONE PRONOMINIS

ARTICULUS I. PRONOMINA PERSONALIA, DEMONSTRATIVA ET POSSESSIVA

286. [376-378]. Verba, participia, gerundia, nomina adjectiva, nonnulla etiam substantiva quae patrium casum postulant, genitivis *mei, tui, sui, nostri, vestri* gaudent; at numeralia, partitiva, comparativa et superlativa, pro *nostri vestri*, exigunt *nostrum vestrum*. (Cic. Cat. 4. 9). *Habetis ducem* MEMOREM VESTRI, OBLITUM SUI. (Caes. in Cic. Att. 9. 16). *Nihil enim malo, quam et me* MEI SIMILEM *esse, et* ILLOS SUI. (Cic. Q. Fr. 2. 4). *Domus* UTRIUSQUE NOSTRUM *aedificatur strenue*. (id. Sen. 10). VESTRUM UTERVIS. (Liv. 1. 56). VESTRUM PRIMUS.

N. B. 1.° Iisdem genitivis addi possunt participia vel adjectiva. (Planc. in Cic. Fam. 10. 4). *Neque si facultas* TUI PRAESENTIS *esset, numquam a tuis consiliis discreparem*. (Cic. Fam. 1. 1). *Nostram fidem omnes, amorem* TUI ABSENTIS *praesentes tui cognoscent*.

N. B. 2.° Genitivus *omnium* saepe primitivis *nostrum vestrum* jungitur. (Cic. Cat. 1. 6). *Ad illa venio, quae ad* OMNIUM NOSTRUM *vitam salutemque pertinent*.

N. B. 3.° *Interest* tamen et *refert, mea, tua, sua, nostra, vestra* sibi vindicarunt. Quibus addi possunt genitivi *unius, ipsius, solius, omnium* et alii, ut *mea unius interest; tua solius refert; nostra ipsorum interest; nostra omnium interest; vestra omnium refert*. Videtur etiam dici posse: *nostrum omnium interest; vestrum omnium refert*.

287. [381]. Substantiva quibus ambigua est significatio, activeque ac passive sumi possunt, ut *caritas, amor, memoria, oblivio, desiderium, cura, miseratio, fiducia* et caetera ejusdem

generis, si possessionem actionemve significent, possessivis adhaerescunt, ut *amor meus, desiderium meum* (quo amo ac desidero); sin autem passionem significent, genitivos *mei, tui, sui, nostri, vestri* flagitant, ut *amor mei, desiderium mei* (quo amor ac desideror). (Cic. Att. 1. 18). *Fac ut* AMOREM NOSTRUM *tanti aestimes, ut eo perfrui velis*. (Estima en tanto el amor que te profesamos....) (Cic. Att. 1. 3). *Aviam tuam scito* DESIDERIO TUI *mortuam esse*. (id. Fam. 5. 2). AMORE TUI *fratrem tuum odisse desinam*. (id. Fam. 106). *Me impulit* TUI CARITAS. (id. Q. Fr. 1. 2). *Relinque quaeso quam jucundissimam* MEMORIAM TUI (1).

N. B. 1.° Nonnumquam utrumque conjungitur. (Cic. Att. 13. 1). *Nicias* TUA SUI MEMORIA *delectatur*. (Le agrada á Nicias que conserves su memoria). (id. Fam. 12. 17). *Grata mihi vehementer est* MEMORIA NOSTRI TUA.

N. B. 2.° Non in omnibus tamen, quibus anceps est significatio, hoc observatur. Nam *crimen meum, vulnus meum, injuria mea* dicitur etiam mihi illata. Item *imago mea, tua, sua, nostra, vestra* non solum quae possidetur, sed etiam quae refert et repraesentat. Dicendum etiam *causa mea, tua, sua, nostra, vestra*. (Cic. Fam. 15. 18). *Te abesse* MEA CAUSA, *moleste fero*, TUA *gaudeo*.

N. B. 3.° Cum substantivis quae partem significant, ut *pars, dimidium* etc. genitivis primitivorum utemur. (Ter. Adelph. 2. 1. 24). *Tetigi ne* QUIDQUAM TUI? (Quintil. 7. 2). *Minimam* PARTEM MEI *habent* [380].

288. [374]. Possessiva pronomina *meus, tuus, suus, noster, vester* genitivum postulant. (Cic. Phil. 2. 43). TUUM HOMINIS *simplicis pectus vidimus*. (id. Sext. 64). *Non admiror quod* MEAM *legem contemnat* HOMINIS *inimici*. (id. Pis. 3). *Juravi rempublicam* MEA UNIUS *opera esse salvam*. (Cf. n. 286. N. B. 3.°). (id. Mur. 4). *Atque hujusce rei conjecturam de* TUO IPSIUS *studio, Servi, facillime ceperis*. (Liv. 36. 7). *Nec iis noxae futurum sit, quod vim* TUAM PRAESENTIS *exercitusque tui experiri noluerint?*

289. [373]. *Idem*, sequente relativo *qui* vel conjunctionibus *et, ac, atque, ut*, respondet hispanae loquutioni *el mismo que....* (Cic. Fin. 2. 4). *Num propterea* IDEM *voluptas est*, QUOD, *ut ita dicam, indolentia?* (id. N. D. 2. 27). *Dianam* ET *Lunam* EAMDEM *esse putant*. (id. Fin. 4. 3). *Nihil commutantur animo, et* IIDEM *abeunt* QUI *venerant*.

N. B. 1.° Adjectiva et adverbia similitudinis ac dissimilitudinis, itemque relativa *talis, tot*, pro correlativis easdem conjunctiones post se nonnumquam admittunt. (Ter. Phorm. prol. 36). *Date operam ne* SIMILI *utamur fortuna,* ATQUE *usi sumus*. (Cic. Att. 11. 10). *Longe* ALIA *nobis,* AC *tu rescripseras, nuntiantur*. (Nep. Milt. 7). *Cum* TOTIDEM *navibus,* ATQUE *erat profectus, rediit*. (Cf. n. 399. a 1.°).

---

(1) Brevius dicunt alii pronomina *primitiva* indicare *objectum*, *possessiva* vero *subjectum*.

N. B. 2.º Pronomen *idem* more graeco cum dativo apud poëtas reperitur. (Hor. ad Pis. 467). *Invitum qui servat,* IDEM *facit* OCCIDENTI.

N. B. 3.º Video multos ita loqui: *Peripatetici quondam* IIDEM *fuerunt* CUM *Academicis.* Velim potius ita cum Cicerone dicere: *Qui* (Peripatetici) *quondam* IIDEM *erant* QUI *Academici.*

N. B. 4.º *Idem* et *is* usurpamus, ut uni rei plures notas similes vel dissimiles adjungamus. (Cic. Off. 3. 7). *Nihil utile, quod non* IDEM *honestum, nihil honestum, quod non* IDEM *utile sit.* (....que al mismo tiempo no sea honesto...). (id. ib. 1. 6). *Quidam nimis magnum studium in res obscuras conferunt* EASDEMQUE *non necessarias.* (.... y por otra parte no necesarias). (id. Tusc. 5. 20). *Atqui de hoc homine sic scriptum accepimus, summam fuisse ejus in victu temperantiam, in rebusque gerendis virum acrem et industrium,* EUMDEM *tamen maleficum natura et injustum.* (Liv. 4. 57). *Uno atque* EO *facili praelio caesi ad Antium hostes.*

N. B. 5.º *Ipse,* si jungitur pronomini personali, quod idem sit subjectum et complementum, cum alterutro consentit. (Cic. Amic. 3). ME IPSE *consolor.* (id. Fam. 1. 9). ULTUS *est* IPSE SESE. (id. ib.). *Collegi* IPSE ME. (id. Fam. 11. 14). *Te* IPSUM CUSTODIAS. (id. Fam. 3. 7). *Pompejum omnibus, Lentulum* MIHI IPSI *antepono.*

N. B. 6.º *Quis* geminatur in oratione, quando tum subjectum tum complementum indefinitum est; quod si de duobus tantum agatur, repetitur pronomen *uter.* (Cic. Ros. com. 7). *Considera* QUIS QUEM *fraudasse dicatur.* (Considera quién se dice que engañó y quién que fué engañado). (Cic. Mil. 9). *Reliquum est ut nihil jam aliud quaerere debeatis, nisi* UTER UTRI *insidias fecerit.*

N. B. 7.º *Unus* additur nonnullis pronominibus ad augendam vim. Sic *nemo unus; nulla res una; quisquam unus; unus quilibet, quivis unus; quis unus?*

N. B. 8.º *Quisque* jungitur α) relativo et *quotus.* (Cic. Tusc. 1. 18). QUAM QUISQUE *norit artem, in hac se exerceat.* (id. Div. 1. 1). *Praedici posset* QUID CUIQUE *eventurum, et* QUO QUISQUE *fato natus esset.* (id. Att. 1. 13). QUOTUS QUISQUE *est qui possit.* (Cuán pocos hay que puedan. β) Superlativis. (Cic. Tusc. 3. 28). *Ex caeteris philosophis nonne* OPTIMUS *et* GRAVISSIMUS QUISQUE *confitetur multa se ignorare?* γ) Ordinalibus. (Cic. Verr. 2. 2. 56). QUINTO QUOQUE *anno Sicilia tota censetur.* (Cada cinco años se hace el censo en toda Sicilia) [408]. δ) Pronomini *suus* et *se,* et quidem saepe in genitivo. (Cic. Off. 1. 31). *Id enim maxime quemque decet, quod est* CUJUSQUE *maxime* SUUM. (id. Fam. 6. 1). SUAE QUEMQUE *fortunae maxime poenitet* [374].

ARTICULUS II. RECIPROCA sui, sibi, se ET suus [382, 383]

N. B. Tertia persona in casibus obliquis modo exprimitur reciproco *sui, sibi, se,* modo demonstrativis *is, hic, ille,* etc. Item possessio, vel pronomine possessivo *suus* vel demonstrativo *ejus, eorum.* Diligenter cujusque usus cognoscendus, tum in oratione simplici, tum in composita (1).

§ I. Sui ET suus IN SIMPLICI ET IN PRIMARIA ORATIONE

290. In simplici oratione, et si agitur de compositis, in primaria seu principi adhibetur *sui, sibi, se* et *suus, sua, suum* ad designandum nominativum seu subjectum ejusdem orationis. (Cic. Amic. 21). *Ipse* SE QUISQUE *diligit.* (id. Off. 1. 31). SUUM QUISQUE *noscat ingenium.* (id. Fin. 3. 20). *Bestiis* HOMINES *uti possunt ad* SUAM *utilitatem.*

(1) Pronominum doctrinam fere ad finem Syntaxeos putat rejiciendam P. Alvarus n. 372, tum quia sine aliarum partium orationis cognitione non facile percipitur, tum praecipue propter reciproci obscuritatem.

Dicemus ergo: DEUS *tuetur hominem propter clementiam* SUAM; sed *Deus tuetur* HOMINEM *propter miseriam* EJUS.

291. Interdum haec pronomina non ad nominativum, sed ad alium casum obliquum ejusdem orationis referuntur. (Cic. Sext. 68). HANNIBALEM SUI *cives e civitate ejecerunt.* (Cic. Verr. 2. 1. 22). DEORUM *simulacra ex* SUIS *fanis sublata in foro venerabantur.* (Cic. Har. resp. 5). ILLUM *ulciscentur mores* SUI. (Cic. Rosc. Amer. 22). *Etiam* FERAS *inter* SE *partus et educatio conciliat.* (Caes. B. G. 3. 6). *Neque* SUI *colligendi* HOSTIBUS *facultatem relinquunt.*

N. B. 1.º Praecepto primo explicantur reciproca in orationibus, ubi verbum *sum* significat *habeo,* et in verbis infinitis, participiis et gerundiis, quae in verbum personale mutari possunt; in his enim orationibus *suus* ad subjectum refertur, quamvis hujusmodi subjectum non sit nominativus. (Cic. Fin. 5. 9). SUA *cujusque* ANIMANTIS *natura est;* i. e. suam quisque animans habet naturam. (id. ib.). *Dici potest scientiam* SUAM *cujusque* ARTIS *esse;* i. e. dici potest suam quaeque ars habere scientiam. (Liv. 38. 48). *Cum aliis coactis luere peccata* SUA.

N. B. 2.º Cum plures nominativi vel casus obliqui conjunctionibus *et, neque* vinciuntur, tum nisi ad omnes nominativos vel casus obliquos designandos reciprocis non est locus. Dicemus igitur: *Cepi lupam et catulos* EJUS (non *suos*); sed *cepi lupam cum catulis* SUIS, quia non intercedit conjunctio.

N. B. 3.º Adhibetur etiam *sui* et *suus* ad significandam indefinitam personam aliquam, praesertim in oratione verbi infinitivi. (Cic. Off. 1. 39). *Habenda est ratio non* SUI *solum, sed etiam aliorum.* (No ha de tener cuenta el hombre solamente consigo, sino también con los demás). (Cic. Off. 1. 38). *Deforme est de* SE *ipsum praedicare.* (Es cosa fea el alabarse uno á sí mismo).

N. B. 4.º In orationibus verborum impersonalium, *sui* et *suus* casum obliquum indicant. (Cic. Tusc. 5. 18). *Neque eam sapientiam unquam* SUI *poenitet.*

§ II. Sui ET suus IN ORATIONIBUS SECUNDARIIS

292. In orationibus secundariis quae intime cum primaria conjunguntur, *sui* et *suus* utimur ad explicandum nominativum primariae orationis.

Orationes secundariae, quae intime cum primaria copulantur, sunt fere omnes infinitivi et subjunctivi, nempe:

α) Oratio verbi infinitivi. (Cic. Tusc. 1. 23). *Sentit* ANIMUS SE *vi* SUA *moveri.* (id. Arch. 8). *Homerum* COLOPHONII *civem esse dicunt* SUUM.

β) Interrogatio obliqua, i. e. quae ab alio verbo pendet. (Cic. de Orat. 1. 51). *Acuto homine nobis opus est,* QUI *sagaciter pervestiget, quid* SUI *cives cogitent.* (Cic. Verr. 1. 7). HORTENSIUS *quaesivit ex Verre, cui* SUOS *familiarissimos rejici passus esset.*

γ) Oratio subjunctivi modi post particulas *ut, quo, ne, ne non.* (Ter. And. 1. 4). *Tum autem hoc timet, ne deseras* SE. (Cic. Off. 3. 14). *Ab his petivit* (PYTHIUS), *ut ante* SUOS *hortulos postridie piscarentur.* (Caes. B. C. 1. 60). *Petit* (CAESAR) *ab his omnibus, ut* SE *frumento juvent.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

δ) Secundaria oratio, quae cogitationem subjecti orationis primariae explicat, cujusmodi solent esse orationes relativi, condicionales et similes. (Caes. B. G. 7. 19). *Indignantes* MILITES *quod conspectum* SUUM *hostes ferre possent.* (Nep. Them. 8). *Domino navis quis sit aperit, multa pollicens, si* SE *conservasset.*

ε) Orationes omnes obliquae, i. e. illae quibus auctor alterius vel propria verba exponit, praemissis verbis *dico, respondeo*, etc. (Caes. B. G. 1. 34). ARIOVISTUS *respondit*; SIBI *mirum videri, quid in* SUA *Gallia, quam bello vicisset, aut Caesari, aut omnino populo Romano negotii esset.*

ζ) Ablativus absolutus qui in primaria oratione inseritur. (Cic. Cat. 4. 6). *Si* PATERFAMILIAS, LIBERIS SUIS *a servo interfectis, supplicium de servo non quam acerbissimum sumpserit.*

N. B. In propositionibus consequutivis fere non est locus reciprocis. (Cic. Lig. 2). *Ita* SE *gessit* LIGARIUS, *ut* EI *pacem esse expediret.*

293. In oratione secundaria ad designandum nominativum vel subjectum ejusdem orationis, reciproco, non demonstrativo utimur, quum ex verborum collocatione aut sensu patet, pronomen ad nominativum secundariae orationis referri. (Caes. B. G. 1. 36). *Ariovistus respondit,* POPULUM ROMANUM victis *ad* SUUM *arbitrium imperare consuesse.* (Caes. B. G. 2. 21). MILITES *non longiori oratione cohortatus, quam uti* SUAE *pristinae virtutis memoriam retinerent.*

N. B. 1.° Haec constructio frequentissima est cum in primaria oratione ponitur verbum *hortandi* aut *suadendi*; sin aliud verbum reperiatur, et duae tertiae personae interponantur, SE et SUUS ad priorem, id est ad nominativum primariae orationis referri solent.

N. B. 2.° Adhibentur etiam *sui* et *suus*, ad significandum, altero nominativum orationis primariae, altero secundariae, quum inde non oritur confusio. (Cic. de Orat. 2. 67). *Rogaretque* EUM SALINATOR, *ut meminisset, opera* SUA SE *Tarentum recepisse.* (Caes. B. G. 1. 36). ARIOVISTUS *respondit* NEMINEM SECUM *sine* SUA *pernicie contendisse.*

N. B. 3.° Cum *suus* ad nominativum secundarium refertur, tum, quo melius perspicuitati consulamus, possumus adhibere pronomen *ipse* ad nominativum primariae orationis significandum. (Caes. B. G. 1. 40). *Vehementer* (CAESAR) EOS *(centuriones) incusavit, aut cur de* SUA *virtute, aut de* IPSIUS *diligentia desperarent?* De *sua* (centurionum) aut de *ipsius* (Caesaris).

N. B. 4.° Non perpetuo ab Auctoribus haec discrimina servantur: inveniuntur enim exempla, in quibus demonstrativum pro possessivo adhibetur; pendet quippe a scriptoris arbitrio, subjectivum aut objectivum quasi colorem sententiae praebere, partesque orationis remissius strictiusve connectere. (Cic. Att. 4. 18). *C. Memmius candidatus pactionem in senatu recitavit, quam ipse et* SUUS *competitor Domitius cum consulibus fecissent.*

N. B. 5.° *Suus*, sicut caetera possessiva, in poesi praesertim, idem valet nonnumquam ac *aptus, commodus, gratus, proprius*: v. gr. *Suo loco, suo tempore, suo anno, suo jure*, i. e. *apto* loco, *opportuno* vel *praefinito* tempore, *opportuna* aetate, *proprio* jure. (Cic. Arch. 1). *Earum rerum omnium fructum a me repetere prope* SUO *jure debet.* (Cic. Brut. 94). *Et ego anno* MEO *consul factus essem.* (Cic. Brut. 1). *Cessit e vita* SUO *magis quam suorum civium tempore.* (Horat. Epod. 3. 30. 3). *Ventis iturus non* SUIS.

N. B. 6.° *Sui* ponitur interdum pro SUUS. (Cic. Univ. 13). *Imitantes genitorem et effectorem* SUI. (ibid. 6). *Ita se ipse consumptione et senio alebat* SUI. Contra SUUS videtur positum pro *sui*. (Nep. Lysandr. in fine). *Ita ille imprudens* SUUS *fuit accusator.*

N. B. 7.° Saepe adhibetur pronomen *ipse* pro *sui* vel *suus*, ut clarius appareat vel vividius exprimatur subjectum aut complementum propositionis principalis. (Sall. Jug. 46). JUGURTHA *legatos ad consulem mittit, qui* IPSI *liberisque vitam peterent.*

CAPUT VI

DE CONSTRUCTIONE COMMUNI

ARTICULUS I. INSTRUMENTUM, CAUSA, MODUS, EXCESSUS, PARS [340, 341]

294. Substantiva quae significant *instrumentum* (instrumento ó medio), *causam, modum, excessum* vel *partem* (1), ablativo efferuntur. *Instrumentum.* (Cic. Verr. 2. 5. 54). *Sex lictores eum circumsistunt valentissimi, caedunt acerrime* VIRGIS. (id. Off. 1. 26). *Res familiaris augetur* PARSIMONIA.—*Causa.* (Cic. Q. Fr. 2. 13). VESTRA CULPA *haec acciderunt.*—*Modus.* (Cic. Sen. 23). *Sapientissimus quisque* AEQUISSIMO ANIMO *moritur, stultissimus* INIQUISSIMO.—*Excessus.* (Cic. Brut. 34). *P. Scipio omnes* SALE FACETIISQUE *superabat.* (Curt. 5. 1). *Turres* DENIS PEDIBUS *quam murus altiores.*—*Pars.* (Cic. Att. 2. 21). *Deformatus* CORPORE, *fractus* ANIMO, *quo se conferat nescit.* (n. 271).

N. B. 1.° *Instrumentum*, si ad personas refertur, exprimitur praepositione *per* vel nominibus *opera, beneficio, auxilio.* (Cic. Verr. 2. 2. 3). *Statuerunt istius injurias* PER VOS *ulcisci et persequi.* (Cic. Sen. 4). MEA OPERA *Tarentum recepisti.*

N. B. 2.° Cum verbis transitivis ablativus causae saepissime pendet ab aliquo participio: v. gr. *amore, misericordia, religione adductus, impulsus, commotus, permotus; studio, cupiditate incitatus, elatus; odio, ira incensus, ardens, inflammatus; metu, timore perterritus*, etc. Excipe quosdam ablativos, quos etiam sine participio licet usurpare, ut *rogatu, hortatu, voluntate, consilio, studio, desiderio*, etc.

N. B. 3.° *Causa* etiam praepositiones *a* vel *ab, de, ex, prae, pro* nonnumquam admittit. *Prae* fere adhibetur quum agitur de re quae impedit. (Cic. Acad. 1. 2). *Mare* A SOLE *collucet.* (id. Verr. 2. 1. 30). *Flebat pater* DE *filii* MORTE. (id. Inv. 2. 4). EX LASSITUDINE *dormire.* (id. Mil. 38). *Neque enim* PRAE LACRIMIS *jam loqui possum.* (id. de Or. 1. 55). *Quem omnes amare* PRO *ejus eximia* SUAVITATE *debemus.* Etiam dicimus *ex foedere* (según el pacto), *de more* (según la costumbre), *ea de causa, justis de causis.*

N. B. 4.° *Modus* actionis praepositionem *cum* interdum desiderat, maxime quando exprimitur sine apposito, vel significat adjuncta quae actionem comitantur vel sequuntur. (Cic. Or. 3. 2). CUM FEBRI *domum rediit.* (id. ib. 2. 174). *Quum enim videret orato-*

(1) Haec duo postrema solent conjungere recentiores, et vocant ablativum *limitationis.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

res CUM SEVERITATE *audiri, poetas autem* CUM VOLUPTATE, *tum dicitur numerus sequutus.* (id. Cat. 1. 13). CUM SUMMA *reipublicae* SALUTE, *et* CUM TUA PESTE *ac* PERNICIE, CUMque *eorum* EXITIO *proficiscere.*

N. B. 5.° Praepositionem *cum* respuunt 1.° substantiva quae per se modum significant, ut *modo, more, ritu, habitu, ordine, jure.* 2.° loquutiones quae significant animi *sensa, mentem, condicionem, partem corporis,* ut *aequo animo, eo consilio, hac mente, nudo capite,* etc.

ARTICULUS II. MENSURA, MATERIA [260, 338]

295. Nomen *mensuram* significans accusativo effertur, nonnumquam etiam ablativo, maxime ubi distantia significatur. (Cic. Att. 13. 20). *A recta conscientia* TRANSVERSUM UNGUEM *non oportet discedere.* (Conviene no desviarse un negro de uña de la recta conciencia). (id. Att. 13. 12). *Negat se a te* PEDEM *discessisse.* (Colum. 5. 3). *Esto ager longus* PEDES MILLE DUCENTOS, *latus* PEDES CENTUM VIGINTI. (Caes. B. G. 1. 48). MILLIBUS PASSUUM SEX *a Caesaris castris sub monte consedit.* (Cf. n. 475. 5.°).

N. B. Post comparativa adhibetur ablativus (n. 285. N. B. 2.°); cum *natus* vero accusativus (n. 273. N. B. 2.°).

296. *Materia* ex qua aliquid fit exprimitur ablativo cum praepositione *ex* vel *e*, qui mutari potest in adjectivum. (Cic. Verr. 2. 4. 27). *Pocula* EX AURO. (id. ib. 28). *Candelabrum* E GEMMIS *clarissimis.* (id. ib. 27). *Exponit ea, quibus abundabat, plurima ac pulcherrima vasa* ARGENTEA. (n. 248. N. B. β).

ARTICULUS III. PRAETIUM [342, 343]

297. Substantivum significans *praetium* ablativo effertur. (Cic. Verr. 2. 3. 81). *Tritici modios singulos* DENARIIS *ternis aestimavit.* (Liv. 23. 30). MULTO SANGUINE *ac* VULNERIBUS *ea Poenis victoria stetit.* (Costóles á los Cartagineses aquella victoria mucha sangre y muchas heridas).

298. Praetium indefinitum exprimitur his ablativis: *magno, permagno, plurimo, parvo, paulo, paululo, minimo,* et genitivis *tanti, quanti, tantidem* (al mismo precio que....), *quanticumque* (á cualquier precio), *pluris, majoris, minoris,* qui omnes casus fere sine substantivis ponuntur. (Cic. Verr. 2. 3. 39). PERMAGNO *decumas ejus agri vendidi.* (Vendí á muy grande

precio los diezmos de aquel campo). (id. Phil. 6. 4). *Hic* PLURIS *habetur quam L. Trebellius.* (Este es más apreciado que Lucio Trebelio).

299. Verba aestimandi *aestimo, duco, facio, habeo, pendo, puto, sum,* praeter illos genitivos *tanti, quanti,* etc. hos etiam habent: *magni, parvi, plurimi, maximi, minimi.* (Cic. Planc. 4). *Honores si* MAGNI *non putemus.* (id. Parad. 6. 2). *Quod* PLURIMI *sit, possideat.*

N. B. 1.° *Assis* (de un as), *flocci* (de un fleco), *nauci* (de una cáscara de nuez), *nihili* (de nada), *pili* (de un pelo), *teruntii* (de un cuadrante (1)) verbis aestimandi conjuncta, familiares efficiunt loquutiones, quae hispanis item familiaribus respondent: *no dársele un bledo, comino, pito, nada,* etc. (Cic. Fin. 2. 27). *Eum* NIHILI *facit.* (id. Fam. 4. 5). *Rempublicam* FLOCCI *non faciunt.*

N. B. 2.° Dicimus etiam: *Rumores unius aestimo assis; pro nihilo habeo (puto, duco, pendo) divitias omnes prae virtute; non nihilo bonam valetudinem aestimo.*

N. B. 3.° Verbum *valeo,* quum ad praetium refertur, ablativum vel accusativum amat. (Plin. 33. 13 5). *Ita ut scrupulum valeret* SESTERTIIS VICENIS.

N. B. 4.° Dicitur *boni, aequi boni, aequi bonique facio, consulo,* (apruebo, tomo á buena parte). (Cic. Att. 7. 7). *Tranquillissimus animus meus, qui totum istuc* AEQUI BONI FACIT.

ARTICULUS IV. TEMPUS [337]

§ I. Quando? (¿CUÁNDO?)

300. Substantivum significans *tempus* ablativo effertur, si per *quando* fiat interrogatio. (Cic. Har. resp. 8). *Negotium magistratibus est datum* ANNO SUPERIORE. (id. Mil. 10). *Fit obviam Clodio* HORA *fere* UNDECIMA. (id. Att. 8. 3). HIEME MAXIMA *navigandum est.*

N. B. Si ad tempus indicandum adhibetur nomen alicujus eventus, jungitur saepe ablativo praepositio *in*, quum substantivum appositum nullum habet. Sic *in pace, in bello, in consulatu, in principio, in puritia, hoc in tempore.* Dices tamen: *altero consulatu, bello punico, Caesaris adventu,* etc.

301. Quaestiones secundariae.

¿CUÁNTO TIEMPO HACE QUE SUCEDIÓ?—Respondebis accusativo vel ablativo praecedente *abhinc.* (Cic. Verr. 2. 2. 9). *Horum pater* ABHINC DUOS ET VIGINTI ANNOS *est mortuus.* (id. Q. Rosc. 13). *Quo tempore?* ABHINC ANNIS QUATUOR.

N. B. Usurpatur etiam *ante* cum demonstrativo. (Phaed. 1. 1. 10). ANTE HOS SEX MENSES *maledixisti mihi.*

¿CUÁNTO TIEMPO DESPUÉS SUCEDERÁ?—Respondebis accusativo cum *post* vel *intra,* raro ablativo. (Plin. 19. 38). *Plantae* POST BINOS MENSES *deferuntur.* (Cic. Att. 9. 14). BIDUO *sciemus.*

(1) Quaedam romanorum moneta.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

¿CUÁNTO TIEMPO ANTES Ó DESPUÉS DE ESTO SUCEDIÓ? — Tempus ponitur in ablativo, factum vero in accusativo cum *ante* (vel *post*). (Cic. Brut. 15). *Mortuus est* ANNIS SEX ET OCTOGINTA ANTE ME CONSULEM. (id. Verr. 2. 2. 52). *Revertitur* DIEBUS QUINDECIM ANTE COMITIA. (id. Att. 6. 1). *Haec scribebam* POST LEUCTRICAM PUGNAM DIE SEPTUAGESIMO QUINTO. (id. Amic. 1). PAUCIS DIEBUS POST MORTEM *Africani* (1).

N. B. 1.º Si factum exprimitur ope verbi *(antes (ó después) que....)*, haec duplex potest usurpari constructio:

1.ª { Ante (post) tres annos — vel tres ante (post) annos decessit quam....
{ Ante (post) tertium annum — vel tertium ante (post) annum decessit quam....

2.ª { Tribus annis ante (post) — vel tribus ante (post) annis decessit quam....
{ Tertio anno ante (post) — vel tertio ante (post) anno decessit quam....

N. B. 2.º Reperies etiam *quum, ex quo, quo, quibus* pro *postquam*. (Cic. Or. 51). *Et apud Graecos quidem jam anni prope quadringenti sunt,* QUUM *hoc probatur*. (Liv. 1. 40). *Duodequadragesimo anno* EX QUO *regnare coeperat*. (Cic. Fam. 10. 18). *Diebus octo* QUIBUS *has litteras dabam*.

§ II. Quamdiu? (¿POR CUÁNTO TIEMPO?)

302. Si per *quamdiu* fiat interrogatio, accusativo utemur, nonnumquam ablativo. (Cic. Tusc. 5. 38). *Caecus* MULTOS ANNOS *fuit*. (Liv 1. 21). *Romulus* SEPTEM ET TRIGINTA *regnavit* ANNOS. (Cic. Tusc. 2. 17). *Aniculae saepe inediam* BIDUUM *aut* TRIDUUM *ferunt*. (id. Off. 3. 2). TRIGINTA ANNIS *vixit*.

N. B. Nonnumquam jungitur praepositio *per*. (Cic. Cat. 3. 8). *Ludi* DECEM PER DIES *facti sunt*.

303. Quaestiones secundariae.

¿DESDE QUÉ TIEMPO? — Respondetur ablativo cum praepositione *a* vel *ab* vel *ex*, vel accusativo ordinalis.

¿HASTA QUÉ TIEMPO? — Respondetur accusativo cum *ad* vel *in*. (Cic. Phil. 2. 104). AB HORA TERTIA *bibebatur*. (id. Sen. 19). *Cujus* A MORTE *tertius est annus*. (id. Att. 7. 8). AB HORA OCTAVA AD VESPERUM *secreto colloquuti sumus*. (id. Att. 1. 18). *Publicanos* TERTIUM *jam* MENSEM *vexat*. (id. Som. Scip. 1). *Sermonem* IN MULTAM NOCTEM *produximus*.

¿EN CUÁNTO TIEMPO SE HIZO? — Respondetur ablativo. (Cic. N. D. 2. 20). *Saturni stella* TRIGINTA *fere* ANNIS *cursum suum conficit*.

(1) Hinc explicabis loquutiones *pridie, tertio, quarto.... Calendas martias*, i. e. *ante Calendas martias*. Unde per quamdam inversionem dicitur saepe *ante diem octavum Calendas martias*, quod solet scribi *a. d. VIII. Cal. Mart.* Nonnumquam etiam assumitur tota haec loquutio quasi unum verbum, ipsique adjunguntur praepositiones *in* et *ex*, ut *in ante diem octavum Calendas martias decernuntur comitia*. (Cic. Att. 3. 17). *De Q. fratre nuntii nobis tristes venerant ex ante diem Nonas junias*.

ARTICULUS V. LOCUS [329-336]

§ I. Ubi? (¿EN DONDE?)

304. Nomina propria minorum locorum (i. e. pagorum, castellorum, urbium), primae et secundae declinationis et singularis numeri, ponuntur in genitivo, si quaestio fiat per *ubi*. (Cic. Att. 4. 12). *Egnatius* ROMAE *est*. (id. N. D. 3. 16). *Hercules* TYRI *maxime colitur*.

Si propria fuerint tertiae declinationis vel pluralis numeri primae et secundae ablativo utendum est. (Cic. Fin. 1. 23). BABYLONE *paucis post diebus Alexander est mortuus*. (id. de Or. 1. 13). *Tum* ATHENIS *disserebam*.

305. Nomina majorum locorum (i. e. insularum, regionum, provinciarum) caeterorum denique locorum, ablativum cum praepositione *in* fere desiderant. (Cic. Fam. 6. 8). IN SICILIA *censeo commorandum*. (id. Fam. 9. 18). *Mori melius fuit* IN LECTULO: IN ACIE *non fui*.

N. B. 1.º Dicimus tamen *ruri*, nonumquam *rure* (en el campo), *domi* (en casa), *humi* (en tierra); *belli* vel *militiae* in loquutionibus *belli et domi, domi militiaeque* (en paz y en guerra). (Cic. Brut. 5). *Eram otiosus* DOMI. (Sall. Cat. 9). DOMI MILITIAEQUE *boni mores colebantur* (1).

N. B. 2.º Appellativo *domi* adjungi possunt haec tantum apposita: *meae, tuae, suae, nostrae, vestrae, alienae, hujus, ejus, cujus*; aliqui etiam genitivi, ut *Caesaris* etc. (Cic. Fam. 4. 7). *Nonne mavis sine periculo* DOMI TUAE *esse, quam cum periculo* ALIENAE? (id. Att. 1. 12). DOMI C. CAESARIS.

N. B. 3.º Omittitur fere praepositio cum substantivo *locus, pars*, ut *non incommodiore loco* (Cic. Fam. 7. 3); et cum aliis quibuscumque, quando junguntur adjectivo *totus*, ut *toto orbe terrarum* (id. Att. 4. 1), *tota provincia* (id. Verr. 2. 49); item in quibusdam loquutionibus, ut *dextra laevaque* (Ov. Met. 1. 471), *coelo, mari, terra* (Cic. Fin. 5. 4).

N. B. 4.º Cum nomine personae utimur *apud*, cum nomine vero rei, ubi propinquitatem significamus, quum *apud* tum *ad*. (Cic. Cat. 1. 4). *Fuisti* APUD LECCAM *illa nocte*. (Estuviste en casa de Lecca aquella noche). (id. Leg. 2. 26). *De sepulcris nihil est* APUD SOLONEM *amplius*. (Nada más dice Solón de los sepulcros). (Sall. Jug. 58). APUD ZAMAM *certatur*. (Se pelea junto á Zama). (Cic. Fam. 15. 2). *Castraque* AD CABYSTRA, *quod oppidum est* AD MONTEM TAURUM.

(1) Voces has *ruri, belli, humi, domi, militiae*, itemque eos, quos vocamus genitivos primae ac secundae declinationis, existimant recentiores grammatici, fuisse olim specialem quemdam casum, quem vocant *locativum*. Quorum sententiae favent, quae leguntur apud Cic. *Tiburi, Anxuri* pro *Tibure, Anxure*; atque apud Plaut. *Carthagini, Sicyoni* pro *Carthagine, Sicyone*.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

§ II. Quo? (¿Á DONDE?)

306. Si per adverbium *quo* fiat interrogatio, accusativo sine praepositione efferuntur nomina minorum locorum et appellativa *rus* et *domus;* propria vero majorum locorum et alia appellativa praepositionem *ad* vel *in* fere desiderant. (Cic. Att. 16. 11). *Epistolas* CATINAM, TAUROMENIUM, SYRACUSAS *commodius mittere potero.* (Ter. Heaut. 1. 1. 16). DOMUM *revertor.* (Cic. Tusc. 4. 4). IN INFERIOREM DEAMBULATIONEM *descendimus.* (id. Fam. 16. 12). *Si* AD URBEM *ire coepisset.*

N. B. 1.° Nomina personarum et pronomina optant praepositionem *ad.* (Ter. Eun. 3. 6. 612). *Eamus* AD ME. (Vayamos á mi casa). (Cic. Div. 1. 27). *Alterum* AD CAUPONEM *decertisse,* AD HOSPITEM *alterum.* (Que el uno se fué al mesón, el otro á casa de un huésped suyo).

N. B. 2.° Utimur praepositione *ad,* quum ad locum quis accedit, *in* vero quum in ipsum ingreditur. (Cf. n. 305. N. B. 4.°).

§ III. Unde? (¿DE DONDE?)

307. Si per *unde* fiat interrogatio, minora loca, itemque *rus* et *domus,* ponuntur in ablativo sine praepositione: majora autem loca et appellativa praepositionem fere requirunt. (Cic. Lig. 3). *Ad me* EX AEGYPTO *litteras misit.* (id. Att. 16. 6). *Hac super re scribam ad te* REGIO. (Ter. Eun. 5. 5. 966). *Video* RURE *redeuntem senem.* (Cic. Fam. 9. 5). *Se* DOMO *non commoverunt.*

N. B. 1.° Nomina urbium praepositionem admittunt, maxime quum discessus significatur. (Liv. 21. 19). *Legati Romani* AB CARTHAGINE *in Hispaniam profecti sunt.*

N. B. 2.° Omittitur etiam praepositio cum pluribus verbis quae motum significant: *movere loco, senatu, tribu, urbe, magistratu* (apartar de....); *pellere, expellere patria, civitate, domo, possessionibus; dejicere, honore, principatu, spe, gradu* (arrojar de....); *arcere tecto; cedere loco, urbe, vita* (irse de....); *abscedere incepto* (desistir de....); *decedere provincia* (partir de....) etc.

N. B. 3.° Praepositio *ab* recessum significat ab aliquo loco, *ex* vero exitum.

§ IV. Qua? (¿POR DONDE?)

308. Si per adverbium *qua* fiat interrogatio, propria loci minoris ponuntur in ablativo sine praepositione, aliquando etiam in accusativo cum praepositione *per;* quam quidem fere desiderant majora loca et appellativa. (Cic. Att. 5. 15). *Iter* LAODICEA faciebam. (Curt. 3. 3). PER BABYLONEM *vectus.* (Cic. Fam. 14. 4). PER MACEDONIAM *Cycicum petebam.*

N. B. Nomina viarum saepe etiam ponuntur in ablativo sine praepositione. (Cic. Cat. 2. 4). AURELIA VIA *profectus est.* (Liv. 4. 4). *Ne* EODEM ITINERE *eat.* (id. 33. 26). ESQUILINA PORTA *ingressus.*

APPENDIX DE LOCO [329]

309. In quaestionibus *ubi, quo, unde,* propria loci minoris, quae cum alio substantivo *(urbs, oppidum,* etc.) continuantur, duplicem admittunt collocationem. Nam

1.° Si praeponitur appellativum, continuantur in eodem casu cum praepositione. (Liv. 4. 33). *Qui supersunt,* AD URBEM FIDENAS *tendunt.* (Sall. Jug. 102). *Marius pervenit* IN OPPIDUM CIRTAM. (Caes. B. G. 7. 4). *Vercingetorix expellitur* EX OPPIDO GERGOVIA. (Nep. Cim. 3. 4). IN OPPIDO CITIO *est mortuus.*

2.° Si sequitur appellativum, utrumque juxta generales regulas construitur. (Cic. Phil. 4. 2). ALBAE *constiterunt,* IN URBE *opportuna, munita, propinqua.* (id. Rab. Post. 10). *Senatores natos* NEAPOLI, IN CELEBERRIMO OPPIDO. (Sall. Jug. 75). *Jugurtha* THALAM *pervenit,* IN OPPIDUM *magnum et opulentum.*

N. B. 1.° Propria insularum parvarum (Rhodus, Delos, Salamis, Samos....) fere sequuntur propria loci minoris. (Cic. Q. Fr. 3. 7). RHODI *vivere.* (Nep. Milt. 1). *Quum accessisset* LEMNUM.

N. B. 2.° Eamdem constructionem imitantur aliquando graeca nomina loci majoris. (Nep. Chab. 3. 3). *Conon plurimum* CYPRI *vixit.* (id. Milt. 2. 3). *Domum* CHERSONESI *habere.*

N. B. 3.° Propria loci minoris saepe praepositionem accipiunt, quam contra interdum omittunt loca majora. (Cic. Sen. 4). *Adolescentulus miles* AD CAPUAM *profectus sum.* (Virg. Aen. 3. 254). *Ibitis Italiam.*

N. B. 4.° Domus nonnumquam etiam praepositiones admittit. (Liv. 24. 8). AB DOMO *venerunt.* (Cic. Tusc. 5. 4). IN DOMOS *etiam introduxit.* (Cic. Att. 2. 7). IN DOMO *Caesaris.*

N. B. 5.° Verba quae significant statuere in loco, ut *pono, constituo, includo, loco,* etc., fere sequuntur quaestionem *ubi* et postulant ablativum cum *in.* (Cic. Att. 2. 1). *Consule* IN CARCERE *incluso.* (Caes. B. C. 1. 65). IN PROXIMO COLLE *castra posuit.*

N. B. 6.° Quum *petendi* verbum pro *adire* seu proficisci adhibetur, non est locus praepositioni. (Liv. 21. 22). *Dum ipse terrestri per Hispaniam Galliasque itinere* ITALIAM *peteret.*

N. B. 7.° Poetae, ubi quaestio fit per *quo,* dativum saepe adhibent pro accusativo. (Virg. Aen. 2. 398). *Demittere Orco.* (5. 451). *Ire coelo* etc.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

CAPUT VII

DE CONSTRUCTIONE VERBI TRANSITIVI

ARTICULUS I. Accusativus post verbum

310. Omne verbum transitivum post se complementum directum in accusandi casu postulat. (Cic. Att. 2. 20). *Pompejus amat* NOS CAROS*que habet.*

N. B. Hujusmodi accusativus adhibetur, sive verbum sit deponens, sive defectivum, sive cujuscumque demum positionis, modo spectet ad verba transitiva: v. gr. *Deum cole, imitare divos, amplectere virtutem, novi animi tui moderationem.*

ARTICULUS II. Genitivus praeter accusativum [295-301, 314]

311. *Moneo, admoneo, commoneo* et *commonefacio* praeter accusativum personae habent genitivum, qui mutari potest in ablativum cum praepositione *de*. (Cic. Att. 11. 16). *Terentiam moneatis* DE TESTAMENTO. (Quint. 1. 5). *Grammaticos* OFFICII SUI *commonemus.*

N. B. *Moneo* cum genitivo apud scriptores posterioris aetatis tantum reperitur. Nonnumquam praeter accusativum personae, habet communem accusativum pronominum *id, illud* etc. vel numeralis.

312. Verba *accusandi, absolvendi, damnandi,* praeter accusativum, genitivum admittunt significantem poenam aut crimen. (Cic. Coel. 7). *Numquam enim tam Coelius amens fuisset, ut* AMBITUS *alterum accusaret.* (Id. Rab. 4). *Civem romanum* CAPITIS *condemnari coegit.* (Ad Herenn. 2. 13). *C. Coelius judex absolvit* INJURIARUM *eum.*

Ideo dicimus: *damnare, absolvere, condemnare capitis, pecuniae, pluris, minoris, tanti, quanti, dupli, quadrupli; voti damnari.*

Genitivus criminis, cum his praesertim verbis *accūso, argŭo, postŭlo, absolvo, damno, condemno,* in ablativum cum praepositione *de* mutari potest. (Cic. Att. 1. 6). *Non committam post*

hac, ut me accusare DE *epistolarum* NEGLIGENTIA *possis.* (Id. Q. Fr. 2. 16). *Drusus erat* DE PRAEVARICATIONE *a tribunis aerariis absolutus.* (Id. Phil. 2. 2). *Cujus etiam familiares* DE VI *condemnati sunt.*

N. B. Hoc tamen nomen *crimen* ablativo sine praepositione effertur. (Cic. Fam. 2. 4). *Condemnabo eodem ego te* CRIMINE. Dicimus etiam *capite, verberibus, exilio aliquem damnare, punire, plectere.* (Ad. Herenn. 4. 24). *Eum vos jurati* CAPITE *damnastis.*

313. *Absolvo* (absolver), *libĕro* (librar), *allĭgo* (atar), *adstringo* (amarrar), *obligo* (obligar), *obstringo* (ligar), quemadmodum suapte natura ablativum petunt, (quia sunt verba liberandi), ita et ablativum significantem poenam crimenve sine praepositione admittunt. (Liv. 1. 38). *Ego me etsi* PECCATO *absolvo,* SUPPLICIO *non libero.* (n. 321).

N. B. 1.° *Mulcto* semper habet ablativum; item *damno* et *condemno*, quum certae quantitati pecuniae vel terrarum junguntur: v. gr. *damnari decem millibus, tertia parte agri.*

N. B. 2.° In re judiciali fere numquam adhibemus accusativum criminis, *accuso furtum alicujus;* sed extra judicium tum hac, tum aliis formis uti licebit. (Cic. Att. 9. 5). *Venit ad me C. Fufius,* SCELUS *accusans* POMPEJI, LEVITATEM *et* STULTITIAM SENATUS. (Id. Att. 1. 13). DE LITTERARUM INTERMISSIONE *sine causa abs te* ACCUSOR. Excipe verba *corripio, reprehendo, vitupero, culpo, castigo, punio, plecto,* quae nomen *delicti* semper in accusativo exigunt.

EXERCITATIONES:

Verba judicialia.

Absolvo *(absolver).* (Liv. 2. 8). Regni suspicione consulem absolvere. (Cic. Q. Fr. 2. 16). De praevaricatione a tribunis absolutus. (Ad Herenn. 2. 13). Absolvit injuriarum eum.

Arcēsso *(acusar).* (Cic. Dejot. 50). Arcessere aliquem capitis.

Accūso *(acusar).* (Cic. Coel. 7). Numquam ambitus alterum accusaret. (id. Rosc. Am. 32). De beneficiis accusabant. (id. Fam. 6. 1). Cujus tu desperationem accusare solitus es.

Appello *(llamar á juicio).* (Cic. Phil. 2. 39). Appellare aliquem de pecunia.

Argŭo *(acusar).* (Cic. Coel. 1). Arguere aliquem facinoris. (id. ibid. 7). Arguere quempiam aliquo crimine. (id. Rosc. Am. 29). De quibus verbo arguit.

Coargŭo *(convencer de).* (Cic. Verr. 6. 59). Coarguere aliquem avaritiae. (id. Fam. 3. 8). Nostram ipse perfidiam coarguit.

Condemno *(condenar).* (Cic. de Orat. 1. 54). Condemnare aliquem capitis. (id. Prov. cons. 10). Gabinii litteras condemnasti.

Convinco *(convencer de).* (Cic. Phil. 2. 4). Te inhumanitatis convinco. (id. Tusc. 1. 6). Convincere poëtarum portenta.

Damno *(condenar).* (Cic. Att. 7. 12). Damnare aliquem sceleris. (id. Cluen. 41). Damnare aliquem de pecuniis repetundis.

Insimŭlo *(acusar).* (Cic. Tusc. 3. 27). Peccati se insimulant.

Libĕro *(absolver).* (Liv. 41. 19). Senatus non liberabit culpae regem. (Cic. Att. 13. 22). Liberare aliquem culpa.

Praecipua verba non judicialia.

Culpo *(culpar).* (Hor. ad Pis. 446). Versus culpabit duros.

Castīgo *(castigar).* (Cic. de Orat. 1. 41). Castigare segnitiem hominum.

Increpo *(reprender de).* (Liv. 23. 47). Increpare ignaviam alicujus.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Noto *(notar de)*. (Cic. Phil. 7. 9). Ignominia notandos censuerunt eos.
Multo *(castigar con)*. (Cic. de Orat. 1. 43). Vitia hominum morte multantur.
Objurgo *(reprender de)*. (Cic. Q. Fr. 2). Objurgat caeterarum villarum insaniam. (Cic. Att. 2. 1). Me de Pompeji familiaritate objurgas.
Plecto *(castigar)*. (Cic. Amic. 26). Multis in rebus negligentia plectimur.
Reprehendo *(reprender)*. (Cic. Planc. 35). Meum discessum reprehendere voluisti.

ARTICULUS II. Dativus praeter accusativum

314. [308]. Verba *dandi, reddendi, committendi, promittendi, declarandi, anteponendi, postponendi,* ac multa composita ex verbis activis et praepositione *ad, in, ob, prae, sub,* praeter accusativum dativum exigunt. (Cic. Planc. 43). SALUTEM TIBI *iidem dare possunt, qui* MIHI *reddiderunt.* (Ter. Eun. 5. 2. 885). *Ego* ME *tuae commendo et committo* FIDEI. (Cic. Phil. 10. 4). *Graecia tendit* DEXTERAM ITALIAE, *suumque* EI PRAESIDIUM *pollicetur.* (id. Att. 10. 6). *Meas* COGITATIONES *omnes explicavi* TIBI *superioribus litteris.* (id. Att. 3. 5). *Inimici mei* MEA MIHI, *non* ME *ipsum ademerunt.*

[310]. Dicimus etiam; *facio tibi fidem* (me crees); *facio tibi injuriam* (te hago injuria); *geram tibi morem* (te complaceré); *minor* vel *minitor tibi mortem* (te amenazo con la muerte); *ago tibi maximas gratias* (te doy las más expresivas gracias); *impĕro, suadeo, persuadeo tibi aliquid* (te mando, te persuado alguna cosa). (Cic. Att. 13. 38). TU QUOD *ipse* TIBI *suaseris,* IDEM MIHI *persuasum putato.* (id. Phil. 6). *Dicitur* MORTEM FRATRI *esse minitatus.*

N. B. 1.° *Jubeo,* quum imperare significat, accusativum personae non habet, sed rei. (Cic. Leg. 1. 6). *Lex est ratio summa insita in natura, quae jubet* EA *quae facienda sunt, prohibetque contraria.* Quum significat *statuere, creare,* habet etiam accusativum personae. (Cic. Phil. 2. 32). *Quum Caesar ostendisset, se* DOLABELLAM CONSULEM *esse jussurum,* (i. e. creaturum). Cum dativo personae non passim usurpandum. Frequentius vero, quum imperare significat, infinitivo jungitur (n. 380. 7.°).

N. B. 2.° Plurima composita ex *ad, in, sub,* quum aperte locum significant, amant praepositionem repetitam. Hujus generis sunt multa ex his quae infra numerantur, atque omnia fere quae in catalogo non continentur (Cf. n. 334. N. B. 2.°).

315. *Verba dandi.*
Commŏdo *(prestar á)*. (Ad Herenn. 4. 51). Commodare alicui aedes.
Concēdo *(conceder)*. (Cic. Prov. cons. 18). Inimicitias meas reipublicae concessi.
Dedo *(entregar)*. (Cic. de Orat. 1. 40). Eum paterpatratus Numantinis dedidit.
Exhibeo *(mostrar á)*. (Cic. Sext. 50). Pompejus se supplicem populo exhibuit.
Fenĕro *(prestar con interés)*. (Ter. Adelph. 2. 2. 9). Metuisti ne non tibi istud feneraret.
Porrĭgo *(alargar)*. (Cic. de Orat. 1. 4). Praesidium clientibus porrigere.
Praebeo *(dar, ofrecer)*. (Liv. 5. 4). Operam reipublicae praebere.

Suppedĭto *(summistrar á)*. (Cic. Rab. 11). Aqua suppeditabatur templis.
Tribuo *(atribuir, dar)*. (Cic. Off. 1. 5). Suum cuique tribuere.
Reddendi.
Defĕro *(ofrecer, dar á)*. (Cic. Flacc. 6). Omnem ei suam auctoritatem detulit.
Reddo *(devolver á)*. (Cic. Ros. Am. 47). Suum cuique honorem redditum gaudeo.
Refĕro *(restituir)*. (Cic. Att. 16. 3). Referes ei salutem plurimam.
Rependo *(devolver en peso igual)*. (Cic. de Orat. 2. 67). Rependere alicui aurum.
Restituo *(restituir)*. (Cic. Rosc. Am. 2. 2). Restitue nobis prudentiam.
Committendi.
Commendo *(recomendar)*. (Cic. Fam. 2. 6). Commendo tibi causam.
Committo *(entregar)*. (Cic. Att. 10. 2). Fortunae committenda omnia.
Credo *(confiar á)*. (Cic. Fam. 4. 7). Credere se victori.
Mando *(encargar)*. (Cic. Att. 1. 5). Quae tibi mandavi velim cures.
Trado *(entregar)*. (Cic. Dom. 2). Gentes alicui ad diripiendum tradere.
Promittendi.
Promitto *(prometer á)*. (Cic. Fam. 3. 8). Ea quae tibi promitto observabo.
Polliceor *(prometer)*. (Cic. Fam. 6. 5). Polliceor ei studium meum.
Spondeo *(prometer)*. (Cic. Phil. 5. 11). Legionibus honores spopondistis.
Declarandi.
Declāro *(declarar)*. (Cic. Fam. 5. 13). Hoc tibi declarandum arbitror.
Demonstro *(demostrar)*. (Cic. Att. 1. 1). Demonstravi haec Caecilio.
Explāno *(explanar)*. (Ter. Phorm. 2. 3. 33). Explana mihi.
Explĭco *(explicar)*. (Cic. ad Brut. 2. 7). Mihi non erat explicatum quid agerem.
Narro *(contar)*. (Cic. Fam. 9. 6). Ego tibi ea narro.
Ostendo *(mostrar)*. (Cic. Som. Scip. 1). Hic mihi Africanus se ostendit.
Prodo *(legar)*. (Cic. Som. Scip. 7). Laudes alicujus posteris prodere.
Significo *(dar á entender)*. (Cic. Verr. 5. 91). Hoc mihi significare visus est.
Anteponendi.
Antefĕro *(anteponer)*. (Cic. Agr. 2. 3). Qui me antetuleritis nobilitati.
Antepōno *(anteponer)*. (Cic. de Orat. 1. 21). Academiae tuum gymnasium anteponam.
Posthabeo *(posponer)*. (Ter. Phorm. 5. 7. 15). Omnes posthabui mihi res.
Praefĕro *(preferir á)*. (Cic. Brut. 26). Quum ille Quintum Scaevolam sibi praetulisset.
Praepōno *(anteponer)*. (Cic. Phil. 9. 7). Salutem reipublicae vitae suae praeposuit.
Verba activa composita ex praepositionibus.
Addīco *(entregar)*. (Cic. Planc. 39). Senatus cui me semper addixi.
Addo *(añadir)*. (Cic. Off. 1. 42). Adde his saltatores. (Cic. Fam. 15. 20). Ad amorem meum aliquantum addidisti.
Adjicio *(añadir)*. (Cic. Off. 1. 32). Adjicere ad bellicam laudem ingenii gloriam. (Liv. 28. 9). Adjicere auctoritatem alicui rei.
Adhibeo *(proporcionar)*. (Cic. de Orat. 3. 45). Oratio lumen adhibere rebus debet. *(emplear)*. . . . (Cic. Brut. 88). Adhibere aliquem ad causas.
Adjudĭco *(adjudicar)*. (Cic. Phil. 10. 6). An Bruto legiones populi romani adjudicaret.
Adjungo *(añadir á)*. (Cic. Fam. 1. 8). Me ad ejus rationes adjungo. (Cic. Off. 1. 79). Accessionem aedibus adjunxi.
Admisceo *(mezclar)*. (Cic. de Orat. 2. 49). Huic generi orationis illud admiscet. (id. Phil. 12. 7). Ad id consilium admiscear?
Admoveo *(aplicar)*. (Cic. Sext. 5). Admovere stimulos alicui. (Cic. Tusc. 3. 18). Admovere fasciculum ad nares.
Affĕro *(llevar á)*. (Cic. Att. 6. 8). Baltonius miros terrores ad me attulit. (Cic. Att. 10. 4). Afferre consolationem alicui.
Applĭco *(aplicar)*. (Cic. Amic. 14). Applicare se ad virtutem. (Cic. Inv. 2. 13). Applicare se alicui in itinere.
Appōno *(poner junto á)*. (Cic. Pis. 30). Apponere notam ad malum versum. (Cic. Div. in Verr. 16). Custodem Tullio me apponite.

Importo *(importar).* { (Caes. B. C. 3. 40). Commeatus importare in oppidum. (Cic. Off. 3. 45). Si quid importetur nobis incommodi, propulsemus.

Incutio { *(infundir).* (Cic. Univ. 10). Incutere alicui terrorem. *(arrojar).* (Liv. 5. 41). Incutere scipionem in caput.

Infĕro *(llevar).* { (Cic. Dom. 39). Inferre religionem in meam domum. (id. Cat. 3. 9). Inferre tectis ignes.

Infīgo *(clavar).* (Cic. Tusc. 4. 22). Gladium infigere hosti in pectus.

Injicio *(meter).* { (Cic. Cat. 3. 3). Injicere tumultum civitati. (id. Dom. 24). Injicere se in medios hostes.

Injungo *(imponer).* (Caes. B. G. 7. 77). Civitatibus aeternam injungere servitutem.

Insĕro *(introducir).* (Cic. de Or. 2. 39). Omnia mansa inserere pueris in os.

Inūro *(marcar con hierro candente).* (Cic. Phil. 11. 15). Inurere acerbissimum alicui dolorem.

Objicio *(exponer).* (Cic. Vat. 9). Objicere consulem morti.

Offĕro *(presentar).* (Cic. Rosc. Am. 13). Offerre mortem parenti.

Offundo *(derramar al rededor).* (Cic. Acad. 1. 2). Piscibus aqua offunditur.

Oppōno *(oponer).* (Caes B. G. 3. 30). Venientibus se opponere.

Praeclūdo *(cerrar).* (Cis. Pis. 17). Praecludere alicui curiam.

Praecipio *(preceptuar).* (Cic. Mur. 2). E portu solventibus praecipere tempestatum rationem.

Praescribo *(prescribir).* (Cic. Sen. 9). Praescribere jura civibus.

Praeficio *(poner al frente).* (Caes. B. G. 3. 11). Adolescentem classi praeficit.

Subdūco *(quitar á).* (Cic. Tusc. 2. 17). Subduc cibum athletae.

Subjicio *(sujetar á).* { (Cic. Fin. 2. 4). Huic verbo duas res subjiciunt. (Ad Herenn. 2. 31). Nos sub eorum potestatem subjiciemus.

Subjungo { *(sojuzgar).* (Cic. Verr. 3. 21). Urbes sub imperium populi romani subjunxit. *(subordinar).* (Cic. Orat. 27). Translationi haec subjunxit.

Submitto *(humillar á).* Cic. Planc. 10). Tribubus submisi me.

Subscribo *(escribir debajo de).* (Cic. Cluent. 36). Subscribere statuis aliquid.

Subtrăho *(sustraer).* (Cic. Dom. 5). Ut materiem subtraheremus furori.

Suppōno *(poner debajo de).* (Cic. N. D. 2. 48). Anatum ova gallinis supponimus.

§ II. Geminus dativus [312]

316. Verbis *do, duco, mitto, relinquo, tribuo, verto* geminus dativus, alter personae, rei alter, apponitur. (Cic. Planc. 36). *Quod* C. Metello laudi *datum est.* (Lo que en C. Metelo se alabó). (Ter. Adelph. 1. 2. 106). Tibi id laudi *duces.* (Te alabarás de esto). (Caes. B. G. 1. 18). *Equitatum* auxilio Caesari miserant. (Habían enviado la caballería á auxiliar á César). (Cic. Fam. 2. 16). *Quod illi tribuebatur* ignaviae. (Porque á él se le imputaba á cobardía). (Caes. B. G. 7. 4. 9). *Eum* castris praesidio *reliquit.* (Dejóle para defensa de los campamentos).

§ III. Dativus vel accusativus [310]

317. *Scribo* et *mitto* praeter accusativum etiam dativum habent vel accusativum cum praepositione *ad.* (Cic. Fam. 7. 10). Nihil mihi *scripsisti de tuis rebus.*

N. B. Si dativus accusativo jungitur, *dare litteras alicui*, est *dar una carta á alguien para que la lleve á su destino. Dare litteras ad aliquem*, significat *escribir á alguno.*

§ IV. Dativus vel ablativus

318. [321]. *Aspergo, dono, impertio* vel *impertior, augeo, levo, induo, circumdo, intercludo* vel cum dativo personae et accusativo rei, vel cum accusativo personae et ablativo rei construuntur.

Aspergo *(rociar).* { (Cic. Vatin. 17). Clarissimo viro labeculam aspergis. (Cic. N. D. 3. 36). Aram sanguine aspergeret.

Impertio *(comunicar).* { (Cic. Att. 2. 12). Terentia impertit tibi salutem. (Ter. Eun. 2. 3. 270). Salute Parmenonem impertit Gnato.

Augeo *(aumentar.* { (Cic. Off. 1. 1). Alter te scientia augere potest. (Cic. Att. 11. 22). Auxerunt litterae tuae mihi dolorem.

Levo *(aliviar).* { (Cic. Fam. 3. 12). Leva me hoc onere. (Cic. Tusc. 2. 24). His levabat metum nobilitas mortis.

Indŭo *(vestir).* { (Caes. B. G. 7. 73). Se induebant acutissimis vallis. (Cic. Fin. 2. 22). Sibi torquem induit.

Circumdo *(rodear).* { (Caes. B. G. 8. 34). Oppido munitiones circumdare. (Cic. Fam. 15. 4). Pindenissum vallo et fossa circumdedi.

Intercludo *(cerrar el paso).* { (Plaut. Mil. 2. 2. 69). Intercludito inimicis commeatum. (Caes. B. G. 3. 23). Intercludere nostros commeatibus.

[287]. N. B. *Interdico* (prohibir) praeter dativum personae, habet accusativum vel ablativum. (Liv. 34. 7). Feminis *dumtaxat purpurae* usum *interdicemus.* (Caes. B. G. 4. 46). *Omni* Gallia Romanis *interdixisset.*

ARTICULUS III. Accusativus praeter accusativum [313, 314]

319. *Doceo* cum compositis *interrŏgo, celo, flagito, posco, reposco, oro, rogo, exōro* et *obsĕcro* accusativum personae et rei simul admittunt. (Cic. Fam. 7. 21). *Silii* causam te *docui.* (id. Dom. 6). Me frumentum *flagitabant.* (id. Fam. 2. 16). *Non* te *celavi* sermonem. (id. Q. Fr. 2. 1). Me *primum* sententiam *rogavit.*

N. B. [318]. *Oro, exoro, rogo, obsecro, obtestor* post accusativum personae fere subjunctivum postulant intercedente *ut.* (Vid. n. 388. 2.°).

320. *Doceo, interrogo, celo* accusativum rei mutant in ablativum cum *de;* caetera pro accusativo personae admittunt ablativum cum *a* vel *ab.* (Cic. Verr. 2. 4. 51). *Uti* de *ejus* injuriis *judicem docerent.* (Para que informasen al juez de sus injurias). (id. Verr. 2. 2. 47). *Si* hoc a me *muneris non universa provincia poposcisset.*

N. B. 1.° *Interrogo* et *rogo* fere hos tantum admittunt accusativos rei, *sententiam, testimonium* (pedir el parecer), vel accusativos pronominum in genere neutro. (Vid. n. 340). (Cic. Fam. 13. 1). *Nunc a te* illud *primum rogabo.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

N. B. 2.º Quum *celo* passive usurpatur, nonnumquam non persona (Cf. n. 330), sed res celata in nominativo ponitur. (Nep. Alcib. 5). Id *Alcibiadi diutius celari non potuit*; pro id vel DE EO ALBICIADES *diutius celari non potuit*. Quo modo loquitur Cicero (Fam. 5. 2). Te *maximis* DE REBUS *a fratre esse celatum*.

ARTICULUS IV. ABLATIVUS PRAETER ACCUSATIVUM

§ I. ABLATIVES SINE PRAEPOSITIONE [315, 316]

321. Verba *vestiendi, cingendi, ornandi, implendi, onerandi, liberandi, privandi, commutandi* et his contraria, ablativum sine praepositione praeter accusativum sibi adsciscunt. (Cic. N. D. 2. 57). OCULOS *natura* MEMBRANIS *tenuissimis vestivit et sepsit*. (id. Phil. 2. 38). *Omnibus* EUM CONTUMELIIS *onerasti*. (Cf. n. 313).

N. B. *Solvo* huc pertinet quum significat *librar*; quum autem significat *pagar*, praeter accusativum significantem praetium, ablativum rei postulat cum praepositione *pro*, et dativum personae cui praetium solvitur. (Cic. Verr. 2. 3. 72). *Permultis* CIVITATIBUS PRO FRUMENTO NIHIL *soleit omnino*.

322. EXERCITATIONES:

Verba vestiendi et contraria.

Amicio *(envolver)*. (Cic. de Or. 3. 32). Pallio amictus.
Cingo *(rodear con, de)*. (Cic. N. D. 3. 40). Urbem religione cingitis.
Consterno *(cubrir por encima)*. (Cic. Sext. 39). Consternere forum corporibus civium.
Munio *(defender con)*. (Cic. Sen. 15). Spica munitur vallo aristarum.
Nudo *(desnudar)*. (Cic. Dom. 1). Magistratus praesidio nudare.
Orno *(adornar)*. (Virg. Aen. 12. 344). Ornare aliquem armis.
Sepio *(cercar de)*. (Cic. Fam. 15. 4). Sepire oppidum castris.
Spolio *(despojar de)*. (Cic. Verr. 6. 47). Apollonium argento spoliasti.
Sterno *(cubrir con, de)*. (Hor. Od. 3. 17. 9). Sternere follis nemus.
Tego *(cubrir con, de)*. (Cic. Div. 2. 69). Tegere corpus pallio.
Vestio *(vestir con, de)*. (Cic. N. D. 2. 57). Natura oculos membranis vestivit.

Verba implendi et contraria.

Compleo *(llenar de)*. (Cic. Som. Scip. 4). Sol cuncta sua luce complet.
Cumŭlo *(llenar de)*. (Cic. Fam. 9. 14). Cumulari maximo gaudio.
Expleo *(rellenar de)*. (Cic. Univ. 3). Explere bonis omnibus mundum.
Impleo *(llenar de)*. (Virg. Aen. 1. 733). Implevitque mero pateram.
Locuplĕto *(enriquecer de)*. (Cic. Inv. 2. 1). Locupletare templum egregiis picturis.
Refercio *(llenar de)*. (Cic. N. D. 1. 43). Libros puerilibus fabulis refercire.
Repleo *(rellenar)*. (Caes. B. G. 7. 56). Repleto his rebus exercitu.
Satio *(saciar)*. (Ov. Mĕt. 4. 758). Satiantur odoribus ignes.
Satŭro *(saturar)*. (Cic. Phil. 2. 24). Saturavit se sanguine civium.

Verba privandi et alia.

Abdĭco *(abdicar)*. (Cic. Att. 1. 6). Tutela me abdicare cogito.
Afficio *(afectar, dar, causar)*. (Cic. N. D. 1. 45). Res sordidas Deorum honore afficere.
Commūto *(cambiar, con, por)*. (Cic. Sext. 16). Commutare gloriam cum caritate patriae.
Everto *(desposeer de)*. (Cic. Verr. 3. 51). Evertere pupillum fortunis.
Fraudo *(defraudar de)*. (Liv. 2. 42). Fraudare milites praeda.
Muto *(cambiar con, por)*. (Virg. Ecl. 4. 43). Aries mutabit vellera luto.
Orbo *(privar de)*. (Cic. Pis. 24). Orbabas Italiam juventute.

Verba liberandi et contraria.

Expedio *(librar de)*. (Cic. Att. 2. 25). Expedies nos omni molestia.
Impedio *(impedir)*. (Tac. 1. 39). Impedire aliquem fuga.
Implĭco *(enredar en)*. (Cic. Dom. 40). Nisi religionibus te implicuisses.
Irretio *(enredar en)*. (Cic. Tusc. 5. 21). Se irretierat erratis.
Obligo *(obligar con)*. (Cic. Off. 1. 11). Obligare aliquem sacramento.
Obstringo *(obligar con)*. (Caes. B. G. 1. 31). Obstringere civitatem jurejurando.
Solvo *(librar de)*. (Cic. Caecin. 34). Ut religione civitas solvatur.

323. *Afficio* et *prosĕquor* saepe significationem assumunt ablativorum quibus apponuntur: sic (Cic. Mil. 28). *Afficere aliquem* LAETITIA, (Alegrarle); (id. ib. 29) HONORIBUS, (Concederle honores). (id. Verr. 4. 29). *Hominem* VERBIS *vehementioribus prosequitur*. (Se dirige al hombre con palabras harto duras). (id. Brut. 1). *Illius vero mortis opportunitatem* BENEVOLENTIA *potius quam* MISERICORDIA *prosequamur* (1).

324. [313]. Verba *erudiendi* ut *erudio, imbuo, informo, instituo*, etc. praeter accusativum personae, habent ablativum rei sine praepositione, interdum cum praepositione *de*, vel accusativum cum *ad*. (Cic. Fam. 1. 7). LENTULUM *nostrum quum caeteris* ARTIBUS, *tum in primis* IMITATIONE *tui fac erudias*. (id. Fam. 2. 12). *Obviae mihi velim sint litterae tuae, quae* ME *erudiant* DE *omni* REPUBLICA. (id. Arch. 3). *Artes quibus* AETAS *puerilis* AD HUMANITATEM *informari solet*.

N. B. *Erudio* cum gemino accusativo tantum apud poëtas reperitur. (Stat. Theb. 10. 506). *Quae* TE LEGES *erudiit*.

---

(1) Quando latinae loquutionis conformatio valde diversa est a vernacula, difficulter ac violenter discitur a tironibus. Proinde industrii praeceptoris erit, non statim ad elegantem et nativam interpretationem vernaculam discipulum trajicere; sed, sicuti magistris auctorem praelegentibus praeceptum est in Ratione Studiorum, eum primum continebit in alia, quae latinam sentiam referat ad verbum, licet minus propria sit, linguamque vernaculam ad normam latinae loquutionis quasi detorqueat; ut eo modo facilis et plana latina constructio menti discipulorum reddatur.

Exemplis rem illustrabo.

AFFICIOR TRISTITIA, *Estoy triste*; PROSEQUOR TE MISERICORDIA, *Tengo compasión de ti*; alienissima sunt, nec a discipulo hispano statim percipientur: quia nec AFFICIOR *estoy*, nec PROSEQUOR *tengo* sonare videntur. Si vero praemittis hanc interpretationem: *estoy afectado con tristeza, te acompaño con misericordia*, vis latinae loquutionis apparebit; mutare autem has sententias hispanas in alias *estoy triste, tengo compasión de ti*, nullius erit negotii.

Item illa n. 333 SUNT NOBIS MITIA POMA, si statim interpretaris, *Tenemos manzanas maduras*, nemo unus facile perspiciet constructionem, perspectamque retinebit. At si viam quasi praemunias hoc modo: *Son para nosotros manzanas maduras, existen para nosotros*, rem multo faciliorem comparabis; tunc vero sponte perget discipulus hispanus ad hujusmodi phrasim: *tenemos manzanas maduras*.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

§ II. Ablativus cum praepositione [317, 320]

325. Verba *petendi, auferendi, emendi, removendi, abstinendi, accipiendi,* praeter accusativum admittunt ablativum cum praepositione *a* vel *ab*. (Cic. Tusc. 5. 2). A TE OPEM *petimus*. (id. Off. 1. 20). A NEGOTIIS *publicis* SE *removerint*. (id. de Orat. 2. 29). *Quo facilius* A TE ID *exigam, quod peto, nihil* A ME *postulanti recusabo*. (id. Tusc. 1. 31). *Secernere* A CORPORE ANIMUM

326. Multa verba hujus ordinis, maxime autem composita ex praepositione *ex*, verba *intelligendi*, et *audio, disco* (aprender), *quaero* (preguntar), *haurio* (sacar), *ex* vel *de* loco praepositionis *a* vel *ab* facile admittunt. (Cic. Fam. 2. 11). *Ea certissima putabo, quae* EX TE *cognovero*. (id. de Or. 2. 6). *Saepe* EX SOCERO *meo audivi*. (id. Fam. 14. 1). EX QUO *patre tantas voluptates capiebat,* EX EO *tantos percipere luctus*. (id. Off. 1. 41). *Magna saepe intelligemus* EX PARVIS. (id. Divin. 2. 36). *Solebat* EX ME *Dejotarus percunctari nostri augurii disciplinam*. (id. Flac. 20). *Fundum Romae mercatus est* DE PUPILLO.

N. B. *Eripio, aufero* (quitar), *surripio* (quitar ocultamente) et alia verba saepissime loco ablativi dativum habent. (Cic. Fam. 1. 5). *Vereor ne eripiatur* NOBIS *causa regia*. (id. Caecil. 5). *Id* MIHI *tu eripuisti atque abstulisti* [321].

327. Exempla:

Verba petendi.

Contendo *(pedir con instancia)*. (Cic. Fam. 2. 6). Verecundius a te contenderem.
Efflagĭto *(pedir con instancia)*. (Cic. Verr. 3. 4). Auxilium ab alienis efflagitatis.
Exĭgo *(exigir)*. (Cic. De Or. 2. 128). A te exigam quod peto.
Flagĭto *(pedir con instancia)*. (Cic. Verr. 7. 127). Abs te filium flagitat.
Peto *(pedir)*. (Cic. Q. Fr. 2. 15). Tribunatum a Caesare petivi.
Posco *(demandar)*. (Cic. Verr. 4. 47). Poscere munus ab aliquo.
Quaero *(preguntar)*. (Cic. Pis. 9). Quaerebat de me, quid suo mihi opus fuiset auxilio.
Repĕto *(exigir)*. (Cic. Fin. 1. 20). Fabulas ab ultima antiquitate repetere.
Reposco *(demandar)*. (Cic. Verr. 3. 4). Reposcere rationem vitae ab altero.

Verba auferendi.

Abaliĕno *(enajenar)*. (Cic. Phil. 2. 38). Voluntatem a me abalienabat oratio.
Abdūco *(apartar)*. (Cic. N. D. 2. 45). A consuetudine aciem mentis abducere.
Abripio *(arrebatar)*. (Cic. Verr. 7. 30). Abripere aliquem a parentis similitudine.
Abstrăho *(apartar)*. (Cic. Fam. 10. 18). Milites a Lepido abstraxisset.
Aufĕro *(quitar)*. (Cic. Dom. 9). Provincias non abstulit a senatu.
Avello *(arrancar)*. (Cic. Dom. 145). Dolorem avulsus a meis sustinerem.
Avŏco *(separar)*. (Cic. Sen. 15). Senectus avocat a rebus gerendis.

Verba emendi.

Condūco *(alquilar)*. (Cic. Verr. 5. 59). Arationes conductas habebat a publicanis.
Emo *(comprar)*. (Cic. Att. 10. 5). Emit de Canulejo diversorium.

Mercor *(comprar)*. (Cic. Verr. 4. 122). Ab isto senatorium ordinem mercatus est.
Mutŭor *(pedir prestado)*. (Cic. Q. Fr. 3. 6). Quidquam ab alio mutuari.

Verba removendi.

Amoveo *(apartar)*. (Cic. Rab. 12). Virgas a corpore amovit.
Arceo *(alejar)*. (Cic. Cat. 1. 33). Hunc a moenibus arcebis.
Averto *(apartar)*. (Cic. Att. 9. 12). Avertit me ab amore.
Deterreo *(apartar)*. (Cic. de Or. 1. 117). Adolescentes a dicendi studio deterrere.
Pello *(arrojar)*. (Cic. Fin. 1. 43). Moestitiam ex animis pellere.
Prohibeo *(alejar)*. (Cic. Verr. 6. 1). Prohibere praedones ab urbe.
Repello *(rechazar)*. (Cic. Fin. 1. 3). Dolorem a se repellere.

Verba abstinendi.

Abstineo *(abstenerse)*. (Cic. Verr. 5. 4). A vitiis se abstineant.
Cohibeo *(refrenar)*. (Cic. N. D. 1. 1). Cohibere assensionem a rebus incertis.
Contineo *(contener)*. (Cic. Fin. 2. 62). Contineo me ab exemplis.
Refrēno *(refrenar)*. (Cic. Phil. 2. 4). Antonium a reditu refrenavit.

Verba accipiendi et intelligendi.

Accipio *(recibir)*. (Cic. Fam. 1. 6). Quae gerantur accipies ex Pollione.
Agnosco *(conocer)*. (Cic. Tusc. 1. 29). Deum agnoscere ex operibus ejus.
Audio *(oir)*. (Cic. Orat. 3). Saepe hoc audivi de patre meo.
Capio *(tomar)*. (Ter. Eun. 4. 5. 25). Capere aliquid commodi ex aliquo.
Cognosco *(conocer)*. (Cic. Fam. 1. 5). Caetera cognosces ex aliis.
Conjicio *(conjeturar)*. (Cic. Brut. 14). Conjicere aliquid ex oraculo.
Disco *(aprender)*. (Virg. Aen. 12. 345). Disce virtutem ex me.
Intelligo *(entender)*. (Cic. Off. 1. 44). Magna intelligemus ex parvis.
Scio *(saber)*. (Cic. Att. 1. 12). Id de Postumia sciri potest.

§ III. Ablativus cum praepositione vel sine praepositione [316, 319]

328. *Pello* (arrojar), *libero* (librar), *prohibeo* (prohibir), *abstineo* (apartar), et alia, praepositionem *a* vel *ab* assumunt vel omittunt, si ablativo jungantur rei, si vero personae, praepositionem assumunt. (Cic. Mil. 27). *Hunc pellere* POSSESSIONIBUS *conatus est*. (Ter. Eun. 2. 1. 9). *Aemulum* AB EA *pellito*. (Cic. Att. 4. 3). *Operas* ADITU *prohibuerunt*. (Liv. 8. 24). ROMANO BELLO *fortuna (eum) abstinuit*. (La fortuna no le permitió luchar con los Romanos). (Cic. Acad. 1. 2). A QUIBUS *ne tu quidem jam te abstinebis*.

N. B. *Abstineo* ablativum eodem modo servat, sive quum passive usurpatur impersonaliter, sive cum ponitur active sine accusativo intransitivorum more. (Liv. 5. 21). *Ut* AB INERMI *abstineatur*. (Que no se toque a la gente desarmada). (Suet. Tib. 72). *Nec abstinuit* CONSUETUDINE. (Ni abandonó la costumbre).

CAPUT VIII

DE CONSTRUCTIONE VERBI PASSIVI [322]

329. Verbum passivum postulat post se ablativum cum praepositione *a* vel *ab*, qui ex nominativo verbi activi fit; ante se vero nominativum, qui fit ex accusativo. (Cic. Fam. 3. 19).

LIBERI A PARENTIBUS *amentur*. (id. Fam. 6. 5). LIBER *tuus et lectus est, et legitur* A ME *diligenter, et custoditur diligentissime*.

Quum ablativus est rei inanimatae, fere praepositio supprimitur, nisi rei animatae naturam quodammodo induit. (Cic. Tusc. 2. 21). *Saepe enim vidimus fractos* PUDORE, *qui* RATIONE *nulla vincerentur*. (id. Fam. 7. 26). A MALVA *deceptus sum*.

330. Si verbum duos accusativos habeat, mutabitur in nominativum accusativus personae, altero permanente; ut *doceo Antonium litteras;* passive, *Antonius docetur a me litteras*. (Cic. Amic. 24). *Nec ea,* QUAE *ab ea (natura) monemur, audimus*.

Si uterque ad eamdem rem spectet, uterque in nominativum mutabitur, ut *Creo* CAESAREM CONSULEM; passive, CAESAR *creatur* CONSUL *a me*. (Cf. n. 320. N. B. 2.°).

N. B. 1.° Caeteri casus integri manent. (Cic. Cluent. 4). MAJESTATIS *absoluti sunt permulti*. At si verbum ablativum habet cum praepositione *a* vel *ab*, vitanda est ambiguitas: v. gr. *Aufero a te vestem;* passive, *vestis aufertur a me tibi*, (non vero *vestis aufertur a me a te*). *Accipio a te litteras;* passive, *litterae tuae accipiuntur a me*, vel aliter.

N. B. 2.° Verba passiva pro ablativo rei animatae admittunt nonnumquam dativum, maxime apud poetas. (Ov. Pont. 3. 9. 39). *Vix audior* ULLI. Interdum accusativum cum praepositione *per*. (Cic. Att. 9. 9). *Si* PER PRAETOREM *consules creantur* [367].

CAPUT IX

DE CONSTRUCTIONE VERBI NEUTRIUS

ARTICULUS I. GENITIVUS POST VERBA NEUTRA

§ I. GENITIVUS FIXUS [272, 274]

331. *Sum* genitivum petit, quum possessionem vel ad aliquem pertinere significat. (Cic. Fam. 2. 13). *Jam me* POMPEJI *totum esse scis*. (id. Div. 2. 72). *Majorum instituta tueri* SAPIENTIS *est*.

At pro genitivis *mei, tui, sui, nostri, vestri,* habet *meum, tuum, suum, nostrum, vestrum*. (Cic. Fam. 6. 5). *Puto esse* MEUM *quid sentiam exponere*.

§ II. GENITIVUS VEL ABLATIVUS [289, 290]

332. *Egeo* et *indigeo* (necesitar) interrogandi vel auferendi casum admittunt. (Cic. Att. 7, 22). *Egeo* CONSILII. (id. Q. Fr. 3. 5). *Incredibile est, mi frater, quam egeam* TEMPORE.

N. B. *Pendeo animo* vel *animi* (1), ac *pendemus animis*, valent *estoy* vel *estamos dudosos, con solicitud*. (Cic. Att. 8. 5). *Pendeo* ANIMI *expectatione Corfiniensi*. Si adhibetur *animus* in ablativo est ablativus partis. (Cf. N. 271 et 295).

ARTICULUS II. DATIVUS POST VERBA NEUTRA

§ I. DATIVUS FIXUS [278-284]

333. *Sum* cum dativo pro *habere* ponitur. (Virg. Ecl. 1. 81). *Sunt* NOBIS *mitia poma*.

Cum duobus dativis altero personae, rei altero, significat *servir de* vel *causar*. (Cic. Att. 6. 2). *Respondebo primum postremae tuae paginae, quae* MIHI MAGNAE MOLESTIAE *fuit*. (Contestaré primero á tu última página, que me causó grande pena).

N. B. 1.° Nonnumquam dativus personae omittitur. (Cic. Divin. 1. 52). *Maximo est* ARGUMENTO *quod paulo ante interitum Caesaris contigit*. (Sirve de muy grande argumento...).

N. B. 2.° In loquutionibus *mihi, tibi est nomen, cognomen* (me llamo), *nomen datum, inditum est*, nomen personae vel est in eodem casu ac verbum *nomen*, vel saepius in dativo per attractionem, ut dicunt, dativi *mihi, tibi*, etc., rarius in genitivo. (Cic. Caecin. 27). *Sextus Clodius, cui nomen est* PHORMIO. (id Brut. 225). *Cui saltationi* TITIUS *nomen erat*. (id. Verr. 2. 5. 7). *De Apollonio, cui* GEMINO *cognomen est, praeteriri potest?* (Liv. 2. 33). *Cui cognomen postea* CORIOLANO *fuit*. (Tac. Ann. 12. 55). *Quibus* CLITARUM *cognomentum est* [420].

334. Verba quae *auxilium, adulationem, favorem, studium, obedientiam, submissionem, commodum* et *incommodum, obsequium* et *repugnantiam* significant, dandi casum postulant; quibus adduntur multa composita ex praepositionibus *ad, con, in, inter, ob, prae, sub*, composita denique ex verbo *sum*. (Cic. Verr. 2. 4. 17). HOMINI *jam perdito et collum in laqueum inserenti* SUBVENISTI.

N. B. 1.° Composita ex verbo *sum* alios etiam casus admittere possunt antecedente praepositione; *possum* vero saepe ablativum habet. (Cic. de Or. 3. 4). *Neque* IN ANTONIO

(1) Nonnulli censent esse locativum.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

deesset hic ornatus. (id. ib. 35). IN ORATORE PERFECTO *inest illorum (philosophorum) omnis scientia.* (id. Rosc. Am. 1. 4). *Apud me et* AMICITIA *et* BENEFICIIS *et* DIGNITATE *plurimum possunt.* (Pueden mucho conmigo por la amistad etc.).

N. B. 2.º Plurima composita ex praepositionibus *a, ab, con, de, ex, in* repetunt praepositionem, quum ad locum referuntur. (Cf. n. 314. N. B. 2.º).

N. B. 3.º Dativus commodi invenitur apud poëtas etiam post nomina substantiva et verba, ubi adhibendus saepe fuerat genitivus aut praepositio *ad.* (Virg. Aen. 1. 632). *Templis honor.* (1. 654). *Collo monile.* (7. 175). *Sedes epulis.* (7. 637). *Bello signum.* (7. 689). *Tegmen capiti.* (8. 606). *Bello lecta juventus.* (7. 482). *Bello accendere animos.*

ADMONITIO

Sunt praeter ea quae hactenus numeravimus, scribit P. Alvarus n. 283, alia quae locis communibus comprehendi minime possunt, ut *confido, nubo, proficio, sufficio, haereo,* itemque caetera. Neque ii loci quibus usi sumus placent: nam verba quamplurima necessario sunt excipienda, si rem diligentius inspicias. Quid, *juvo, adjuvo, levo, sublevo, erigo, confirmo, corroboro, alo, nutrio, sustento, hortor, moneo* et alia pene infinita, nonne ad auxilium, commodum favorem pertinent? *Perdo, vexo, infesto, crucio, occido,* et alia innumera, quis non videt incommodum significare? Quae quum ita sint visum est non inutile, neutra quae dativum admitterent, litterarum ordine recensere, non ut memoriae a pueris mandentur, sed ut crebrius legantur.

Haec ille: quae nos diligenter praestitimus quum hic, tum in tota fere Syntaxi, adjectis insuper brevissimis exemplis, quae ad exercitationem speramus fore longe utilissima.

EXEMPLA:

Verba quae significant auxilium.

Auxilior *(auxiliar).* (Ad Herenn. 4. 27). Nihil Numantinis vires auxiliatae sunt.
Opitŭlor *(ayudar).* (Cic. Arch. 1). Quo caeteris opitulari possemus.
Subvenio *(ayudar).* (Caes. B. G. 5. 44). Varenus laboranti subvenit.
Succurro *(socorrer).* (Caes. B. G. 5. 44). Succurrit inimicus illi Varenus.
Adŭlor *(adular).* (Nep. Att. 8). Adulatus est Antonio.
Assentor *(adular).* (Cic. Fam. 9. 12). Tibi assentantur.
Blandior *(halagar).* (Cic. Acad. 4. 45). Voluptas sensibus blanditur.

Favorem.

Arrideo *(sonreir).* (Cic. Att. 13 21). Quod valde mihi arriserat.
Benedīco *(decir bien de).* (Cic. Sext. 52). Cui benedixit umquam bono.
Benefacio *(hacer bien).* (Cic. Inv. 55). Ab amicis quibus benefecerimus.
Faveo *(favorecer).* (Cic. Fam. 12. 7). Favebam reipublicae.
Gratŭlor *(felicitar).* (Cic. Att. 4. 1). Tibi de reditu nostro gratularer.
Haereo *(estar unido á).* (Cic. Att. 9. 10). Mihi haeserunt illa.
Ignosco *(perdonar).* (Caes. ap. Cic. Att. 9. 6). Brevitati litterarum ignosces.
Parco *(perdonar á).* (Cic. Verr. 2. 4. 54). Sacris pepercit.
Studeo *(favorecer).* (Cic. Cael. 5). Studebat Catilinae Caelius.
Suffrāgor *(ayudar).* (Cic. Leg. 1. 1). Mihi videris suffragari tibi.

Studium.

Operam do *(trabajar en).* (Cic. Leg. 2. 14). Dare operam rebus divinis.
Studeo *(estudiar).* (Cic. Fam. 4. 3). Arti cui studuerat locus non erat.
Vaco *(vacar á).* (Cic. Div. 1. 6). Vaco philosophiae.

Obedientiam.

Obedio *(obedecer á).* (Cic. Tusc. 5. 12). Parebit et obediet praecepto.
Obsĕquor *(obedecer).* (Cic. Fin. 2. 5). Obsequar voluntati tuae.
Obtempĕro *(obedecer).* (Cic. Tusc. 2. 4). Qui obtemperat ipsi sibi.
Pareo *(obedecer).* (Cic. Tusc. 2. 4). Qui decretis suis pareat.

Commodum.

Caveo *(mirar por la seguridad).* (Cic. Leg. 2. 24). Lex sepulcris cavet.
Displiceo *(desagradar).* (Cic. Att. 2. 21). Ut ipse sibi displiceat!
Incommŏdo *(incomodar).* (Cic. Quint. 16). Alteri scientes incommodant.
Insidior *(poner asechanzas).* (Cic. Cat. 1. 13) Desinant insidiari consuli.
Invideo *(envidiar).* (Cic. Univ. 3). Invidet nemini.
Irascor *(airarse).* (Cic. Att. 2. 21). Irati Catoni.
Maledīco *(hablar mal de).* (Cic. N. D. 1. 33). Epicurus Phaedoni maledicit.
Malefacio *(hacer mal).* (Ter. Adelph. 2. 1. 10). Quod mihi re malefeceris.
Metuo *(temer por).* (Virg. Geor. 1. 185). Metuens formica senectae.
Noceo *(dañar).* (Cic. Att. 2. 1). Nocet interdum reipublicae.
Obtrecto *(hablar mal de).* (Cic. Fam. 9. 14). Mihi obtrectant.
Officio *(estorbar).* (Cic. N. D. 2. 19). Umbra terrae soli officiens.
Prospicio *(mirar por).* (Cic. Cat. 4. 2). Prospice te patriae.
Provideo *(mirar por).* (Cic. Fam. 3. 2). Rationibus alicujus providere.

Obsequium.

Indulgeo *(condescender con).* (Caes. B. G. 1. 4). Huic legioni Caesar indulserat.
Inservio *(servir á).* (Cic. Fin. 2. 35). Quos suis commodis inservituros arbitramur.
Obsecundo *(condescender con).* (Cic. Man. 16). Ejus voluntatibus venti obsecundarunt.
Obsĕquor *(condescender con).* (Cic. Fam. 1. 9). Tempestati obsequi artis est.
Placeo *(agradar á).* (Cic. Phil. 2. 5). Non placet Antonio consulatus meus.
Plaudo *(aplaudir).* (Cic. Att. 2. 19). Curioni plauseram.
Respondeo *(responder).* (Cic. Orat. 12). Ut verba verbis respondeant.
Satisfacio *(satisfacer).* (Caes. B. G. 1. 14). Aeduis de injuriis satisfaciunt.

Repugnantiam.

Adversor *(contrariar á).* (Cic. Orat. 51). Isocrati est adversatus.
Minor *(amenazar).* (Cic. Fam. 5. 2). Tertio quoque verbo mihi minabatur.
Obsisto *(oponerse á).* (Cic. Cat. 3. 7). Omnibus ejus consiliis obstitit.
Obsto *(oponerse á).* (Sall. Catil. 5. 6). Vita caetera huic sceleri obstat.
Obstrĕpo *(hacer ruido cerca).* (Cic. de Orat. 3. 13). Ut ipsi sibi obstrepere videantur.
Reclāmo *(reclamar).* (Cic. Fam. 1. 2). Ejus orationi ab omnibus reclamatum est.
Refrāgor *(hacer la contra).* (Cic. Mur. 23). Lex petitioni refragata est.
Repugno *(luchar contra).* (Cic. Fin. 4. 7). Magnitudine animi potest repugnari fortunae.
Resisto *(resistir).* (Caes. B. G. 2. 22). Quum legionibus hostibus resisteret.

Composita ex verbo SUM.

Absum *(distar).* (Cic. Fam. 3. 1). Procul aberam ab re ipsa.
Absum *(faltar).* (Cic. Leg. 1. 2). Abest historia litteris nostris.
Adsum *(estar presente).* (Cic. Att. 7. 15). Adesse in senatu.
Adsum *(proteger).* (Cic. Fam. 6. 14). Ego tuis rebus adero.
Desum *(faltar).* (Cic. Mil. 36). Tibi nullum officium defuit.
Desum *(faltar).* (Cic. de Orat. 3. 4). Neque in Antonio deesset hic ornatus.
Insum *(estar en).* (Cic. N. D. 1. 42). In superstitione inest timor.
Insum *(estar en).* (Sall. Cat. 20). Cui virile ingenium inest.
Intersum *(estar en medio).* (Cic. Cat. 3. 2). Ut Tiberis inter eos interesset.
Intersum *(intervenir).* (Cic. Fam. 1. 6). Omnibus negotiis interfuit.
Obsum *(dañar).* (Cic. de Orat. 1. 36). Pudor qui non obesset orationi.
Praesum *(presidir).* (Caes. B. G. 6. 12). Omnibus Druidibus praeest unus.
Prosum *(aprovechar).* (Cic. Fam. 2. 17). Nihil tibi litterae proderunt.
Subsum *(estar debajo).* (Cic. Phil. 9. 2). In qua suspicio non subesset.
Subsum *(estar debajo).* (Sall. in epist.). Illi suberat regnum.
Supersum *(abundar).* (Cic. Fam. 13. 63). Ne mihi superesse verba putes.

Verba composita et alia.

Accēdo *(añadirse).* (Cic. Att. 2. 21). Plurimum consilii mihi accesserit.
Accēdo *(añadirse).* (Cic. Att. 2. 1). Ad manum accedunt.
Acclāmo *(aclamar).* (Cic. Brut. 73). Non metuo ne mihi acclametis.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Accŭbo *(sentarse junto á)*. (Plaut. Mil. 2 2. 57). Cui bini custodes accubant.
Accumbo *(sentarse á la mesa)*. (Cic. Mur. 35). Lacedaemonii epulis accumbunt.
Adhaereo *(estar pegado)*. (Caes. B. G. 5. 48). Tragula casu ad turrim adhaesit. (Cic. Vat. 5). Non populi romani beneficio adhaesit.
Adhaeresco *(pegarse)*. (Cic. Acad. 4. 3). Ad disciplinam adhaerescunt. (Cic. Off. 1. 25). Justitiae adhaerescere.
Affulgeo *(brillar)*. (Liv. 30. 30). M hi fortuna affulsit.
Appareo *(aparecer)*. (Cic. Div. 2. 30). Anguis ille apparuit immolanti.
Applaudo *(aplaudir)*. (Cic. Sext. 54). Cui generi civium applaudetur.
Appropinquo *(acercarse)*. (Caes. B. G. 5. 44). Qui jam primis ordinibus appropinquabant. (Cic. Fin. 4. 23). Ad summam jam aquam appropinquabant.
Assideo *(estar sentado junto á, asistir)*. (Cic. Div. 2. 3). Tum in bibliotheca assedimus. (Cic. Planc. 11). Principes huic assident.
Assuesco *(acostumbrarse)*. (Liv. 1. 19). Assuescere legibus.
Assurgo *(levantarse en señal de respeto)*. (Cic. Inv. 1. 30). Ut majoribus natu assurgatur.
Confido *(confiar en)*. (Cic. Phil. 5. 1). Nisi vestrae virtuti confiderem.
Fido *(confiar)*. (Virg Aen. 9. 378). Fidere nocti.
Immineo *(amenazar)*. (Cic. Man. 5). Imminent duo reges toti Asiae. (Cic. Phil. 5. 7). In nostras fortunas imminebat.
Illacrĭmo vel **illacrĭmor** *(llorar por)*. (Cic. N. D. 3. 33). Cujus morti illacrimari solebat.
Impendeo *(estar colgado sobre)*. (Cic. Tusc. 4. 16). Ut gladius impenderet illius beati cervicibus. (Cic. Rosc. Am. 11). Terrores in me impendent.
Impōno *(engañar)*. (Cic. Q. Fr. 2. 6). Catoni egregie imposuit.
Inhaereo *(estar pegado á)*. (Cic. Tusc. 2. 8). Inhaerere visceribus. (Cic. Tusc. 1. 15). Inhaeret in mentibus. (Cic. N. D. 1. 15). Partim ad saxa inhaerentes.
Inhio *(anhelar)*. (Cic. Cat. 3. 8). Romulus uberibus lupinis inhians.
Innītor *(apoyarse en)*. (Caes. B. G. 2. 27). Scutis innixi, praelium redintegrarunt. (Cic. Har. resp. 27). Innixa in omnium nostrum humeris.
Insisto *(insistir)*. (Cic. Acad. 4. 25). Suis testibus importune insistere. (Caes. B. G. 6. 5). Totus in bellum insistit.
Insto *(instar)*. (Cic. Quint. 10). Tibi instat Hortensius.
Insusurro *(hablar bajo)*. (Cic. Tusc. 5 36). Mulierculae insusurrantes alteri. (Cic. Verr. 2. 47). Ad aurem familiariter insusurrare.
Intercēdo *(oponerse)*. (Cic. de Orat. 2. 47). Intercedere vellent rogationi. (Cic. Fam. 13. 23). Inter nosmetipsos usus intercedit.
Intervenio *(intervenir)*. (Cic. Orat. 27). Verens ne molesti vobis interveniremus.
Oblŏquor *(contradecir)*. (Cic. Cluent. 23). Vestra exspectatio quae mihi obloqui videtur.
Oborior *(aparecer)*. (Cic. Lig. 3). Lux sapientiae tuae mihi apud te oboritur.
Obrēpo *(entrar sin sentir)*. (Cic. Div. 2. 67). Nullae imagines obrepunt in animos dormientium. (Cic. Sen. 2). Pueritiae adolescentia obrepit.
Obversor *(presentarse)*. (Cic. Sext. 3). Mihi ante oculos obversatur reipublicae dignitas.
Occurro *(salir al encuentro)*. (Caes. B. C. 3. 79). Domitius Caesari venienti occurrit.
Praesĭdeo *(presidir)*. (Cic. Mil. 37). Huic judicio praesidens.
Succēdo *(suceder)*. (Cic. Fam. 2. 3). Neque tibi amicior quisquam potest succedere. (Caes. B. G. 1. 4). Sub primam aciem successerunt.
Succlāmo *(gritar por aplauso ó indignación)*. (Liv. 3. 50). Haec Virginio vociferanti succlamabat.

Succresco *(crecer por debajo, brotar)*. (Cic. de Or. 3. 61). Orator vestrae quasi succrescit aetati.
Succumbo *(sucumbir, ceder á)*. (Cic. Sen. 11). Nec languescens succumbebat senectuti.
Succenseo *(enfadarse con)*. (Cic. Dejot. 13). Non metuo ne tu illi succenseas.
Supplĭco *(suplicar)*. (Cic. Fam. 6. 14). Amicis ejus pro te supplicabo.

§ II. Dativus vel accusativus [285, 286]

335. Dandi vel accusandi casum admittunt:

Antecēdo. *Aventajar á.* (Cic. Off. 1. 30). *Natura hominis* PECUDIBUS ANTECEDIT. (Caes. B. G. 1. 8). *Scientia atque usu* RELIQUOS ANTECEDUNT.
Anteĕo. *Aventajar á.* (Cic. Phil. 9. 1). *Aetate* ILLIS ANTEIBAT, *sapientia* OMNIBUS. (id. Inv. 2. 2). ANTEIRE CAETEROS *virtute putantur.*
Anteverto. *Adelantarse á.* (Ter. Eun. 4. 6. 737). *Ego* HUIC ANTEVERTERIM. (Tac. 1. 30). *Veneno* DAMNATIONEM ANTEVERTIT.
Praecurro. *Aventajar á.* (Cic. Cat. 4. 9). *Qui* MIHI *studio paene* PRAECURRITIS. (id. Orat. 52). ISOCRATEM *aetate praecurrit.*
Praeĕo. *Ir delante de..* (id. Mil. 2). VOBIS *voce* PRAEIBANT. (Liv. 8. 9). PRAEI VERBA. (Dicta las palabras).

N. B. *Atecello, antesto, praesto* (aventajar á) frequentissime dativo; *anterenio, praecedo* (id) saepius accusativo junguntur [285].

336. Dativum etiam vel accusativum sibi adsciscunt:

Despēro. *Desesperar de..* (Cic. Pis. 36). DESPERANS TUIS REBUS. (id. Cat. 2. 9). HONORES DESPERANT.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Illūdo. *Burlarse de.* . . . (id. pro Dom. 39). ILLUDIT AUCTORITATI *horum omnium.*
(id. de Or. 1. 19). IPSA *vero* PRAECEPTA ILLUDERE *solebat.*

Deficio *Faltar.* . . . . . (Caes. B. G. 3. 5). *Quum tela* NOSTRIS DEFICERENT.
(Cic. Verr. 2. 2. 21). ME *dies, vox, latera* DEFICIANT.

N. B. 1.º *Insulto* (insultar) saepius dativo jungitur quam accusativo, *attendo* (prestar atención) autem et *deficio* (faltar) fere accusativo.

N. B. 2.º *Certo, bello, pugno, concurro, contendo, colluo, discordo, dissideo, disto, occumbo*, et similia, apud poëtas dativo, apud oratores fere junguntur ablativo cum praepositione *ab* vel *cum*. (Virg. Ecl. 5. 8). *Solus* TIBI *certet Amyntas.* (Solo Amintas puede competir contigo). (Cic. de Orat. 2. 18). *Certare* CUM POPULO *romano.* (id. Att. 7. 6). A POMPEJO *dissidere.* (Virg. Aen. 2. 62). *Occumbere* MORTI. (Cic. Tusc. 1. 42). *Occumbere* MORTE (alii legunt *mortem*).

N. B. 3.º *Nubo* (casarse la mujer) etiam dativum vel ablativum cum praepositione *cum* postulat. (Cic. Fam. 15. 3). QUOCUM *esset nupta regis Armeniorum soror.* (id. Cluent. 5). *Nupsit* A. AURIO MELINO.

ARTICULUS III. ACCUSATIVUS POST NEUTRA

337. Quaedam verba neutra tum ad rem rusticam (1), tum ad alias res pertinentia, accusativum habent. (Cic. Tusc. 1. 14). *Serit* ARBORES, *quae alteri saeculo prosint.* (Ter. Adelph. 4. 1. 17). *Ego illius* SENSUM *pulchre calleo.* (Cic. Att. 9. 2). *Ingrati animi* CRIMEN *horreo* [293].

338. *Verba rei rusticae.*

Ablaqueo *(descalzar el tronco del árbol).*
Aro *(arar).*
Colo *(cultivar).*
Fodio *(cavar).*
Meto *(segar).*
Occo *(desterronar).*
Pastĭno *(cavar).*
Planto *(plantar, trasplantar).*
Puto *(podar).*
Rigo *(regar).*
Sarrio *(escardar).*
Semĭno *(sembrar).*
Sero *(sembrar, plantar).*
Stercŏro *(estercolar, abonar).*
Vindemio *(vendimiar).*

Verba variae significationis.

Anhēlo *(jadear).* (Cic. Cat. 2. 4). Catilina anhelans scelus.
Calleo *(ser diestro, conocer).* (Cic. Valb. 14). Callere jura Poenorum.
Doleo *(sentir).* (Cic. Phil. 12. 10). Dolet interitum talis viri.
Exhālo *(exhalar).* (Cic. Phil. 2. 12). Exhalare crapulam.
Horreo *(horrorizarse de).* (Cic. Att. 9. 2). Ingrati animi crimen horreo.

(1) Alii volunt esse transitiva haec verba rei rusticae.

Inclāmo *(llamar á gritos).* (Cic. Iuv. 2. 4). Comitem inclamavit semel ac saepius.
Maneo *(aguarda á).* (Virg. Aen. 7. 596). Te triste manebit supplicium.
Moereo *(sentir).* (Cic. Fam. 14. 2). Moereo casum ejusmodi.
Oleo *(oler á).* (Cic. Rosc. Com. 7). Supercilia olent malitiam.
Perhorresco *(tener horror á).* (Cic. Cat. 4. 6). Fugam virginum perhorresco.
Redoleo *(oler á).* (Cic. Brut. 21). Orationes redolentes antiquitatem.
Sapio *(saber á, entender).* (Cic. Att. 14. 5). Si recta saperet Antonius.
Sitio *(tener sed de).* (Cic. Q. Fr. 3. 5). Nec honores sitio.
Sono *(sonar á).* (Virg. Aen. 1. 328). Vox hominem sonat.
Sudo *(sudar).* (Virg. Ecl. 4. 30). Quercus sudabunt roscida mella.

339. Huc revocantur verba neutra, quae admittunt accusativum cognatae significationis, adjunctum fere pronomini vel adjectivo. (Cic. Agr. 2. 17). EOSDEM CURSUS *cucurrerunt.* (Ter. Eun. 3. 6. 586). CONSIMILEM LUDUM *luserat.* (id. Att. 5. 4). *Vitam duram,* QUAM *vixi, omitto* [293].

N. B. Cicero etiam scribit (Off. 3. 10). *Qui* STADIUM *currit.* (id. Fin. 2. 34). *Quum (Xerxes)* MARIA *navigavisset* TERRAMQUE *ambulavisset.*

340. Pluribus verbis neutris atque etiam activis, praeter casus suos, possumus communes hos accusativos graecorum more adnectere: *hoc, istud, illud, id, idem, quod, quid, aliquid, siquid, quiddam, quidpiam, quidquam, nihil, unum, multa, pauca.* (Cic. Att. 14. 21). ID *gaudet.* (id. Sen. 10). IDEM *gloriari.* (id. Phil. 6. 7). UNUM *studetis.* (id. Fam. 7. 1). UTRUMQUE *laetor.* (id. N. D. 3. 35). *Si grando* QUIDPIAM *nocuit.* (id. Q. Fr. 1. 1). ILLUD *extremum te oro et hortor.* (id. Brut. 1. 10). *Hortare* IDEM *per litteras Cassium.* (Ter. Heaut. 4. 8. 873). *Ego domi ero, si* QUID *me voles.* (Cic. Att. 7. 20). *Nec te* ID *consulo.* (Sall. Jug. 49). PAUCA *milites hortatus* [318].

N. B. Dicimus etiam adverbiorum more *magnam partem, suam vicem, id genus, id temporis, id aetatis.* (Cic. Or. 56). MAGNAM PARTEM *ex iambis constat oratio.* (id. Fam. 6. 20). ID *aetatis jam sumus, ut omnia fortiter ferre debeamus* (i. e. *in ea aetate*). (id. de Or. 1. 47). *Homin s* ID *aetatis.* Poëtice vero: (Virg. Aen. 10. 272). *Cometae sanguinei* LUGUBRE *rubent.* (9. 632). HORRENDUM *stridens sagitta.* (5. 19). TRANSVERSA *fremunt venti.* (6. 467—9. 794). TORVA, ACERBA *tuens.* (8. 489). INFANDA *furens.*

341. Multa composita ex verbis neutris et praepositionibus *ad, con, in, circum, per, praeter, trans, subter,* saepe naturam induunt transitivorum, eorumque more accusativo gaudent. (Cic. Fin. 5. 29). *Persarum* MAGOS ADIIT. (id. Fam. 9. 14). NEMINEM CONVENI. (id. Att. 2. 22). *Ante quam ille* INEAT MAGISTRATUM. (id. Att. 2. 21). *Ut eum* LOCUM TRANSIRE *nequeant* [384].

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

N. B. Passive rarissime usurpantur.

Huc spectant:

Aggredior *(acometer)*, alam. (Cic. Phil. 2. 10).
Circumvenio *(rodear)*, ipsos. (Caes. B. G. 3. 44).
Percurro *(recorrer)*, agrum. (Caes. B. G. 1. 15).
Praetereo *(pasar por alto)*, dignos. (Cic. Planc. 3).
Obeo (mortem) *morir*.
Subeo, tectum, muros, periculum etc.

ARTICULUS IV. Ablativus post neutra [289]

342. Multa verba quae *copiam* aut *inopiam* significant ut *Abundo; fluo, mano, scateo, careo, supersedeo* (abstenerse), ablativum exigunt sine praepositione. (Cic. Off. 1. 1). *Abundare* PRAECEPTIS *philosophiae*. (id. Man. 11). *Africa* SANGUINE *redundavit*. (id. Tusc. 5. 22). *Carere* CONSUETUDINE *amicorum*. (id. Div. 1. 34). *Simulacrum* SUDORE *manavit*. (Hor. Od. 3. 27. 26). *Scatentem* BELLUIS *pontum*. (Cic. Inv. 1. 20). *Verborum* MULTITUDINE *supersedendum est*.

N. B. 1.° *Mano, fluo, redundo*, aliter efferri possunt, si ablativus vertatur in rectum, et vicissim rectus in ablativum cum praepositione, hoc modo: *sudor ex Herculis simulacro manavit: sanguis e fluvio fluxit*. (Cic. N. D. 2. 19). MULTA*que ab ea* (luna) *manant et fluunt*

N. B. 2.° *Corpore valere* (gozar de salud), *valere auctoritate* (tener autoridad), *stirpibus vivere* seu *victitare* (pasar la vida con raices), et similia, commodius referri videntur ad communem ablativum partis vel instrumenti. (Cf. n. 271 et 294).

343. *Consto* (constar, estar compuesto), et *laboro* (padecer) ablativum postulant cum praepositione *ex* vel sine praepositione. (Cic. N. D. 1. 35). *Qui* EX ANIMO *constet et* CORPORE. (id. Fam. 9. 23). *Te in lecto esse, quod* EX PEDIBUS *laborares*. (id. Fam. 1. 18). MORBO *laborare*.

N. B. *Consto* pro *consisto* habet ablativum cum *in*. (Caes. B. G. 3. 89). *Victoria* IN *earum cohortium* VIRTUTE *constat*.

APPENDIX

I [285]

344. Verba nonnulla quae mutata significatione constructionem mutant.

Abesse
- A NOBIS=Estar ausente de nosotros. (Cic. Fam. 2. 1).
- ANTRONIO=No asistir ó no ayudar á Antronio. (id. Sull. 5).

Animadvertere
- SILENTIUM. (Cic. Cat. 1. 20) vel sine casu. (id. N. D. 3. 89).=Notar el silencio.
- VERBERIBUS IN CIVES=Castigar á los ciudadanos con azotes. (Sall. Cat. 52).

Cavere
- ALICUI=Mirar por alguno. (Cic. Fam. 3. 1).
- OMNIA=Huir de todo. (id. Fam. 11. 21).

Consulere
- FAMAE=Mirar por la fama. (Cic. Phil. 2. 2).
- ARUSPICEM=Consultar al agorero. (id. Div. 2. 4).

Differre
- ALIQUID=Diferir algo. (Cic. Vat. 11).
- AB ALIQUO=(id. Phil. 8. 11), INTER SE (id. Orat. 32), CUM ALIQUO (id. Inv. 1. 27).=Diferenciarse de alguno.

Incumbere
- OLIVAE. (Virg. Ecl. 8. 16), IN ME. (Cic. Balb. 26).=Apoyarse en el olivo; echarse encima de mí.
- IN STUDIUM. (Cic. Orat. 1. 8).=Trabajar en el estudio.

Metuere
- PUERIS=Temer por los niños. (Plaut. Amph. 5. 1. 61).
- INSIDIAS=Temer las asechanzas. (Cic. Fam. 5. 6).

Prospicere
- PATRIAE=Mirar por la patria. (Cic. Cat. 4. 2).
- FUTUROS CASUS=Prever lo futuro. (id. Amic. 12).

Providere
- SALUTI=Mirar por la seguridad. (Cic. Q. Fr. 1. 1. 13).
- INSIDIAS=Prever las asechanzas. (id. Divin. 2. 6).

Studere
- SCIENTIAE=Ocuparse en la ciencia. (Cic. de Or. 1. 10), TIBI=Favorecerte. (id. Mur. 76).
- ALIQUID=Desear algo. (id. Fin. 5. 6).

Timere
- SIBI=Temer por sí. (Caes. B. C. 3. 27).
- PERFIDIAM=Temer la mala fe. (Cic. Fam. 1. 5).

Vacare
- PHILOSOPHIAE=Darse á la Filosofía. (Cic. Divin. 1. 6).
- CULPA=Estar libre de culpa. (id. Fam. 7. 3).

II [286]

345. Quaedam verba neutra dativum personae et accusativum rei simul admittunt more activorum, ut *Metuo, timeo tibi calamitatem; invideo tibi laudem; assentior tibi caetera; gratulor tibi victoriam; cur tibi hoc non gratificer nescio*.

III

Opus et usus [262]

346. *Opus est* (es necesario) ablativum postulat. (Cic. Att. 12. 37). GRATIA *opus est nobis tua, tuaque* AUCTORITATE.

Ablativus mutari potest in nominativum, vel in accusativum cum ver-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

bo infiniti modi. (Cic. Fam. 2. 6). Dux *nobis et* AUCTOR *opus est.* (id. Att. 6. 9). *Dices* NUMMOS *mihi opus esse.*

Usus, quum *opus* significat, eodem modo fere construitur. (Virg. Aen. 8. 441). *Nunc* VIRIBUS *usus.*

CAPUT X

DE CONSTRUCTIONE VERBI COMMUNIS AC DEPONENTIS (1)

ARTICULUS I. COMMUNIA ET DEPONENTIA PASSIVA [326-328]

347. Verbum commune in temporibus simplicibus fere activorum more construitur; in compositis interdum passive usurpatur, et sextum casum post se admittit. (Cic. Verr. 2. 3. 36). *Quum* AGROS *maximos ac feracissimos depopularentur.* (Liv. 37. 4). *Omnis ora maritima depopulata* AB ACHAEIS *fuerat.* (Cic. Som. Scip. 3). *Ille autem* ME *complexus, atque osculans, flere prohibebat.* (id. Rosc. Am. 13). *Quo uno maleficio scelera omnia* COMPLEXA ESSE *videantur.* (id. Sen. 17). A QUO *essent illa dimensa atque descripta.*

N. B. *Vapŭlo, veneo, fio,* ut passionem significant, ita more passivorum construuntur. (Quint. 9. 2). *An* AB REO *fustibus* VAPULASSET. (Cic. Fam. 16. 4). *Quantam diligentiam in valetudinem tuam contuleris, tanti me* FIERI A TE *judicabo.*

348. *Fio* eleganter cum ablativo sine praepositione vel cum praepositione *de* conjungitur, raro cum dativo. (Cic. Fam. 14. 4). *Quid* TULLIOLA *mea fiet?* (Qué será de mi pequeña Tulia?) (Ter. Andr. 4. 2. 710). *Quid* ME *fiet?*

N. B. *Facio* et participium *futurus* eodem sensu similes casus admittunt. (Cic. Phil. 2. 14). *Vide quaeso, Antoni, quid* TIBI *futurum sit.* (id. Verr. 1. 16). *Quid* HOC HOMINE *faciatis?*

(1) Multa verba hujus capitis continentur jam traditis praeceptis; sic verba quae *auxilium* etc. significant (n. 334), verba *dandi* etc. (n. 314), verba *interrogandi* (n. 319) et alia, quae hic minime repetenda videntur.

ARTICULUS II. DEPONENTIA ACTIVA

§ I. GENITIVUS [277]

349. *Obliviscor* (olvidar), *reminiscor* et *recordor* (recordar), quibus accedit *memini* (recordar ó hacer mención), tum genitivum tum accusativum postulant. (Cic. Tusc. 3. 30). *Est enim proprium stultitiae aliorum vitia cernere, oblivisci* SUORUM. (Quint. 11. 2). *Neque omnino* HUJUS REI *meminit usquam poeta.* (De ningún modo hace el poeta mención de esto en parte alguna). (Cic. Agr. 2. 27). DILIGENTIAM *majorum recordari.*

Misereor (compadecerse) genitivum petit, raro dativum. (Cic. Att. 4. 5). *Misereri* MEI *debent.*

N. B. 1.° Genitivus tum rei tum personae esse potest, accusativum vero personae cum verbo tantum *memini* reperies, quod tunc significat *cognosco.*

N. B. 2.° *Recordor*, et *memini* (pro *mentionem facio*), frequenter habent ablativum cum praepositione *de.* (Cic. Planc. 42). *Istis vestris lacrimis* DE ILLIS *recordor, quas pro me saepe et multum profudistis.* (id. Phil. 2. 36). *Meministi ipse* DE EXULIBUS.

§ II. DATIVUS [279]

350. *Adūlor* (adular á), *medicor* (curar), *modĕror* (gobernar), *praestōlor* (aguardar), dativo vel accusativo junguntur. (Cic. Verr. 2. 3. 98). *Totae autem res rusticae ejusmodi sunt, ut* EAS *venti tempestatesque moderentur.* (Ter. Eun. 5. 6. 5). QUEM *praestolare, Parmeno, hic ante ostium?*

N. B. Verbum *furor* (robar) praeter accusativum, dativum habet vel ablativum cum praepositione *a* vel *ab.* (Cic. Att. 2. 4). *Si ego tuum ante legissem, furatum me* ABS TE *esse diceres.*

§ III. ACCUSATIVUS [294]

351. *Fateor* (confesar), *loquor* (decir, hablar de), *queror* (quejarse), *bene* vel *male mereor* (merecer bien ó mal) accusativum habent vel ablativum cum praepositione *de.* (Cic. Inv. 2. 26). *Qui* DE FACTO *turpi aliquo fateatur.* (Curt. 6. 3). *Si* VERUM *fateri volumus.* (Cic. Tusc. 1. 13). PUGNANTIA *te loqui*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

non vides? (¿No ves que dices desatinos?) (id. Att. 6. 2). *Loqui asperius* DE ALIQUA RE. (Hablar de algo con bastante aspereza).

N. B. Dicimus, *gratŭlor tibi victoriam, de victoria* vel *in victoria.*

§ IV. ABLATIVUS [289]

352. *Utor* (usar), *fruor* (gozar), *vescor* (comer), *fungor* (cumplir, ocuparse en), *potior* (apoderarse de) junguntur ablativo sine praepositione. (Cic. Rosc. Am. 45). *Commoda* QUIBUS *utimur, lucemque* QUA *fruimur, ab eo nobis dari videmus.* (id. Brut. 9). *Fungerer* OFFICIO, QUO *tu functus es.* (id. N. D. 2. 59). *Dii nec* ESCIS *nec* POTIONIBUS *vescuntur.* (id. Inv. 2. 31). *Si* EO PORTU *potiti essent.* (n. 418. N. B. 2.°).

N. B. 1.° Dicitur semper *potiri rerum.* Raro habet accusativum.

N. B. 2.° *Prosĕquor, dignor* (juzgar digno), *remunĕror* (pagar) accusativum habent et ablativum. (Virg. Aen. 1. 335). *Haud equidem tali* ME *dignor* HONORE. (Cf. n. 323).

353. *Glorior* (gloriarse) et *laetor* (alegrarse) ablativum sine praepositione vel cum praepositione *in* vel *de* admittunt. (Cic. Marcel. 11). *Laetari omnes* DE *communi omnium* SALUTE *sentio.* (id. Phil. 11. 4). *Ut* IN HOC *sit semper laetatus.*

354. *Nitor* (apoyarse) ac *delector* (deleitarse) postulant ablativum sine praepositione vel cum praepositione *in.* (Cic. Mil. 7). *Cujus* IN VITA *nitebatur salus civitatis.*

N. B. *Periclĭtor* cum ablativo *(peligrar)*, cum accusativo *(experimentar).* (Mart. Ep. 6. 26). *Periclitatur* CAPITE *Sotades noster.* (Cic. Quint. 31). OMNIA *periclitatus est.* (Todo lo probó).

CAPUT XI

DE VERBO IMPERSONALI

ARTICULUS I. IMPERSONALIA VOCIS ACTIVAE

§ I. GENITIVUS POST IMPERSONALE [272-275]

355. *Intĕrest* et *refert* genitivum habent. (Cic. Fin. 2. 22). *Interest* OMNIUM *recte facere.* (A todos importa obrar bien).

356. Pro genitivis *mei, tui, sui, nostri, vestri,* habent ablativos *mea,*

tua, sua, nostra, vestra. (Cic. Fam, 16. 4). TUA *et* MEA *maxime interest te valere* (1).

N. B. Dicitur *cuja* vel *cujus interest.* (Cic. pro Var.). *Ea caedes detur ei* CUJA *interfuit.* (id. Phil. 1. 9). CUJUS *intersit istam legem manere.*

357. *Magni, parvi, tanti, quanti* junguntur in genitivo cum verbis *interest* et *refert;* caetera ejusmodi, itemque *quantum,* per adverbium adduntur. (Cic. Fam. 16. 1). MAGNI *ad honorem nostrum interest.* (id. ib. 5. 12). *Equidem ad nostram laudem non* MULTUM *video interesse.* (id. Mur. 2). QUANTUM *salutis communis intersit.*

N. B. Pro genitivo rei inanimatae, *interest* saepe accusativum cum praepositione *ad* adsciscit, ut patet ex traditis exemplis.

§ II. DATIVUS POST IMPERSONALE [281, 282]

358. Impersonalia quae eventum significant, ut *accĭdit,* item *licet, libet, liquet, expĕdit,* et quae sunt ejusdem generis, cum dativo construuntur. (Cic. Off. 1. 7). *Quod* CUIQUE *obtigit, id quisque teneat.* (Ter. Adelph. 5. 9. 996). *Facite quod* VOBIS *libet.*

EXEMPLA:

Accĭdit *(acontece).* (Cic. Att. 8. 6). Si id mihi accidisset.
Accēdit *(se añade).* (Cic. Att. 7. 3). Quibus nih l possit accedere.
Condūcit *(sirve para).* (Cic. Off. 3. 23). Patriae conducit.
Confert *(sirve para).* (Quint. 11. 2). Oratori et ipsi causae plurimum confert.
Constat *(consta).* (Cic. Fam. 13. 1). Non satis mihi constiterat.
Contingit *(sucede).* (Cic. Att. 14. 17). Si tibi contigisset.
Convĕnit *(conviene).* (Cic. Fam. 9. 12). Si tibi ita conveniat.
Dolet *(duele).* (Brut. ap. Cic. Fam. 1. 17). Dolet mihi quod tu nunc stomacharis.
Evĕnit *(sucede).* (Plaut. Curc. 1. 1. 39). Male illis eveniat.
Expĕdit *(hace al caso).* (Cic. Agr. 2. 25). Idem expediet emptori et venditori.
Libet *(agrada).* (Cic. Quint. 30). Ei libebit.
Licet *(es li ito).* (Cic. Phil. 13. 6). Licet nemini.
Liquet *(está claro).* (Quint. 9. 3). Non mihi liquet.
Patet *(está claro).* (Cic. Orat. 1. 6). Omnibus patet.
Placet *(gusta).* (Cic. Phil. 2. 5). Non placet Antonio.
Restat *(resta).* (Virg. Aen. 2. 70). Quid jam misero mihi denique restat?
Stat *(está determinado).* (Cic. Fam. 9. 2). Modo nobis stet illud.

(1) De casu *mea, tua, sua,* qui datur verbis *interest* vel *refert,* disputant utrum sit accusativus an ablativus. Probabilis stat utrimque ratio, sed auctoritas potior pro ablativo. Alii quidem accusativum esse ajunt, quia *interest mea* videtur esse idem atque *est inter mea; refert mea* idem quod *refert negotia mea.* Alii malunt *interest mea* esse quasi *interest in mea re; refert mea* quasi *re mea fert.* Cui sententiae saepe favet ratio scribendi veterum. Auctoritas autem est potior pro ablativo, quia veteres Grammatici, inter quos Priscianus, affirmant esse ablativum. Neque ex numeris Plautinis aut Terentianis, qui afferuntur, potest quidquam extundi, quum versus illi comicorum, quae est eis versificandi libertas, utralibet quantitate constare possint. (Laplana n. 406).

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Supĕrat *(sobra)*. (Cic. Fin. 5. 15). Quod ipsis superat.
Suppedĭtat *(abunda)*. (Cic. Brut. 70). Cui si vita suppeditavisset.
Suppĕtit *(abunda)*. (Cic. Fam. 15. 13). Mihi ad remunerandum nihil suppetit.
Vacat *(hay tiempo)*. (Ov. Trist. 2. 216). Non vacat Jovi.

N. B. *Condūcit*, et *confert* pro dativo rei inanimatae admittunt accusativum cum *ad*. (Cic. Off. 1. 3). *Tum consultant* AD *vitae* COMMODITATEM JUCUNDITATEMque *conducat id necne, de quo deliberant.*

§ III. ACCUSATIVUS POST IMPERSONALE [294]

359. *Decet, dedĕcet, delectat, fugit, juvat, latet, praetĕrit* accusativum exigunt. (Cic. de Cl. Or. 85). *Decet hoc* ILLUM. (Esto le está bien). (id. Q. Fr. 2. 12). *Fugerat* ME *ad te scribere.* (Me había olvidado de escribirte). (id. ib. 12). *Teque hilari animo esse valde* ME *juvat.* (Y mucho me gusta que estés alegre). (Ov. Fast. 5. 361). ME *causa latebat.* (Se me escondía ó ignoraba la causa). (Cic. Fam. 13. 65). *Non* ME *praeterit.* (No ignoro).

N. B. *Latet* cum accusativo fere poëticum est.

360. *Attĭnet, pertĭnet, spectat* (pertenece) accusativum postulant cum praepositione *ad*. (Cic. Divin. 2. 47). AD REM *pertinet.* (Hace al caso).

N. B. Multa ex iis verbis quae hoc capite continentur, admittunt hos nominativos: *hoc, istud, illud, id, idem, quod, quid, nihil.* (Cic. Man. 7). ILLUD *primum parvi refert.* (id. N. D. 1. 42). *Cui* NEUTRUM *liquerit.* (id. Off. 1. 3). *Conducat* ID *necne.* (id. Rosc. Am. 43). *Id* QUOD *ad me nihil attinet.*

§ IV. IMPERSONALIA CUM ACCUSATIVO SIMUL ET GENITIVO [302]

361. *Misĕret, miserescit* (compadecerse), *piget, poenĭtet* (arrepentirse), *pudet* (avergonzarse), *taedet* (hastiarse) cum genitivo praeter accusativum construuntur. (Plaut. Trin. 2. 4. 30). *Miseret* TE ALIORUM, TUI TE *nec miseret nec pudet.* (Cic. Att. 5. 16). *Taedet omnino* EOS VITAE.

N. B. Raro genitivus transit in nominativum. (Ter. Adelph. 4. 7. 758). *Non* TE HAEC *pudent? Et me quidem* HUJUS CONDITIONIS *nunc non poenitet* [113]. (Cf. n. 490).

ARTICULUS II. IMPERSONALIA VOCIS PASSIVAE [323-325]

362. Efficiuntur ab activis aut neutris, quum verba passivae vocis absolute efferuntur in tertia persona, ut *vivitur, ven-*

tum est, reclamatum est, amatur, etc. (Cic. Phil. 2. 41). *Ab hora tertia* BIBEBATUR, LUDEBATUR.

N. B. Ejusmodi verba tum ablativum more passivorum, tum alios etiam casus admittunt. (Cic. Dom. 5). AB *universo* SENATU RECLAMATUM EST. (id. Fam. 1. 2). *Ejus* ORATIONI *vehementer* AB OMNIBUS RECLAMATUM EST.

CAPUT XII

DE TEMPORUM SIGNIFICATIONE

ADMONITIO

Quae sequuntur scholia per Auctoris commentarios sparsim diffusa, hoc loco ordine digesta atque contracta cum foenore reddimus, praecipue ut per ea magistri ipsi proficiant, ac modorum naturam temporumque percipiant; deinde ut pro captu atque opportunitate nonnulla instillent discipulis, sive dum inflexiones verborum mandant memoriae, sive dum iis in tertia et secunda classibus scriptor latinus explicatur. (Emman. Alv. Inst. Gram. ab Hor. Tursellini S. J. in compendium redacta, lib. I. cap. 9). Confer etiam quae diximus in praefatione.

363. N. B. Propositiones simplices conjunguntur vel per *coordinationem* seu *parataxim*, vel per *subordinationem* seu *hypotaxim*.

Coordinatio modo fit sine particulis *(asyntheton)*, modo particulis interpositis, aut etiam iteratis *(polysyntheton)*. (Cf. n. 451 et seqq.).

In *subordinatione* vocatur propositio *principalis* vel *primaria*, quae ab alia non pendet; *subordinata* vel *secundaria*, quae pendet ab alia: haec autem erit *primi ordinis* vel *gradus*, si pendeat a primaria oratione; *secundi ordinis*, si pendeat a subordinata primi ordinis, etc.

Quam significationem obtineant tempora in oratione primaria primum vestigabimus, secundarias vero propositiones in sequenti capite pertractandas relinquemus.

ARTICULUS I. INDICATIVUS

364. **Praesens.** In narrationibus, ut res vividius exprimatur, pro praeterito solet usurpari praesens, quod vocant *historicum*. (Cic. Mil. 10). *Obviam* FIT *ei Clodius, expeditus, in equo.* (id. Verr. 2. 4. 8). *Tum iste continuo* MITTIT *homines certos Melitam,* SCRIBIT *ad quosdam Melitenses.*

N. B. Locus est etiam praesenti, quum verba alicujus scriptoris adhibentur: v. gr. *Legiones* SCRIBIT *Cato saepe alacres profectas. Apud Platonem Socrates laudibus in coelum* EFFERT *Protagoram.* Loquutiones hispanas *leemos, se lee, como se lee,* libentius quam *legimus, legitur, ut legitur,* interpretantur auctores *scriptum videmus, accepimus, tradunt; memoriae proditum est*; quod si de aliquo facto sit sermo, *video, reperio* (encuentro escrito): has item reperies *constat, constat inter omnes* (todos convienen), *ut est in proverbio* (como dice el proverbio).

365. **Perfectum** α) Modo significat factum omnino praeteritum, vocaturque *historicum:* (Caes. B. G. 2. 10). *Acriter in eo loco* PUGNATUM EST. *Hostes impeditos nostri in flumine agressi, magnum eorum numerum* OCCIDERUNT, *etc.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Supĕrat *(sobra)*. (Cic. Fin. 5. 15). Quod ipsis superat.
Suppedĭtat *(abunda)*. (Cic. Brut. 70). Cui si vita suppeditavisset.
Suppĕtit *(abunda)*. (Cic. Fam. 15. 13). Mihi ad remunerandum nihil suppetit.
Vacat *(hay tiempo)*. (Ov. Trist. 2. 216). Non vacat Jovi.

N. B. *Condūcit*, et *confert* pro dativo rei inanimatae admittunt accusativum cum *ad*. (Cic. Off. 1. 3). *Tum consultant* AD *vitae* COMMODITATEM JUCUNDITATEMque *conducat id necne, de quo deliberant.*

§ III. ACCUSATIVUS POST IMPERSONALE [294]

359. *Decet, dedĕcet, delectat, fugit, juvat, latet, praetĕrit* accusativum exigunt. (Cic. de Cl. Or. 85). *Decet hoc* ILLUM. (Esto le está bien). (id. Q. Fr. 2. 12). *Fugerat* ME *ad te scribere.* (Me había olvidado de escribirte). (id. ib. 12). *Teque hilari animo esse valde* ME *juvat.* (Y mucho me gusta que estés alegre). (Ov. Fast. 5. 361). ME *causa latebat.* (Se me escondía ó ignoraba la causa). (Cic. Fam. 13. 65). *Non* ME *praeterit.* (No ignoro).

N. B. *Latet* cum accusativo fere poëticum est.

360. *Attĭnet, pertĭnet, spectat* (pertenece) accusativum postulant cum praepositione *ad*. (Cic. Divin. 2. 47). AD REM *pertinet.* (Hace al caso).

N. B. Multa ex iis verbis quae hoc capite continentur, admittunt hos nominativos: *hoc, istud, illud, id, idem, quod, quid, nihil.* (Cic. Man. 7). ILLUD *primum parvi refert.* (id. N. D. 1. 42). *Cui* NEUTRUM *liquerit.* (id. Off. 1. 3). *Conducat* ID *necne.* (id. Rosc. Am. 43). *Id* QUOD *ad me nihil attinet.*

§ IV. IMPERSONALIA CUM ACCUSATIVO SIMUL ET GENITIVO [302]

361. *Misĕret, miserescit* (compadecerse), *piget, poenĭtet* (arrepentirse), *pudet* (avergonzarse), *taedet* (hastiarse) cum genitivo praeter accusativum construuntur. (Plaut. Trin. 2. 4. 30). *Miseret* TE ALIORUM, TUI TE *nec miseret nec pudet.* (Cic. Att. 5. 16). *Taedet omnino* EOS VITAE.

N. B. Raro genitivus transit in nominativum. (Ter. Adelph. 4. 7. 758). *Non* TE HAEC *pudent? Et me quidem* HUJUS CONDITIONIS *nunc non poenitet* [113]. (Cf. n. 490).

ARTICULUS II. IMPERSONALIA VOCIS PASSIVAE [323-325]

362. Efficiuntur ab activis aut neutris, quum verba passivae vocis absolute efferuntur in tertia persona, ut *vivitur, ven-*

tum est, reclamatum est, amatur, etc. (Cic. Phil. 2. 41). *Ab hora tertia* BIBEBATUR, LUDEBATUR.

N. B. Ejusmodi verba tum ablativum more passivorum, tum alios etiam casus admittunt. (Cic. Dom. 5). AB *universo* SENATU RECLAMATUM EST. (id. Fam. 1. 2). *Ejus* ORATIONI *vehementer* AB OMNIBUS RECLAMATUM EST.

CAPUT XII

DE TEMPORUM SIGNIFICATIONE

ADMONITIO

Quae sequuntur scholia per Auctoris commentarios sparsim diffusa, hoc loco ordine digesta atque contracta cum foenore reddimus, praecipue ut per ea magistri ipsi proficiant, ac modorum naturam temporumque percipiant; deinde ut pro captu atque opportunitate nonnulla instillent discipulis, sive dum inflexiones verborum mandant memoriae, sive dum iis in tertia et secunda classibus scriptor latinus explicatur. (Emman. Alv. Inst. Gram. ab Hor. Tursellini S. J. in compendium redacta, lib. I. cap. 9). Confer etiam quae diximus in praefatione.

363. N. B. Propositiones simplices conjunguntur vel per *coordinationem* seu *parataxim*, vel per *subordinationem* seu *hypotaxim*.

Coordinatio modo fit sine particulis *(asyntheton)*, modo particulis interpositis, aut etiam iteratis *(polysyntheton)*. (Cf. n. 451 et seqq.).

In *subordinatione* vocatur propositio *principalis* vel *primaria*, quae ab alia non pendet; *subordinata* vel *secundaria*, quae pendet ab alia: haec autem erit *primi ordinis* vel *gradus*, si pendeat a primaria oratione; *secundi ordinis*, si pendeat a subordinata primi ordinis, etc.

Quam significationem obtineant tempora in oratione primaria primum vestigabimus, secundarias vero propositiones in sequenti capite pertractandas relinquemus.

ARTICULUS I. INDICATIVUS

364. **Praesens.** In narrationibus, ut res vividius exprimatur, pro praeterito solet usurpari praesens, quod vocant *historicum*. (Cic. Mil. 10). *Obviam* FIT *ei Clodius, expeditus, in equo.* (id. Verr. 2. 4. 8). *Tum iste continuo* MITTIT *homines certos Melitam,* SCRIBIT *ad quosdam Melitenses.*

N. B. Locus est etiam praesenti, quum verba alicujus scriptoris adhibentur: v. gr. *Legiones* SCRIBIT *Cato saepe alacres profectas. Apud Platonem Socrates laudibus in coelum* EFFERT *Protagoram.* Loquutiones hispanas *leemos, se lee, como se lee,* libentius quam *legimus, legitur, ut legitur,* interpretantur auctores *scriptum videmus, accepimus, tradunt; memoriae proditum est*; quod si de aliquo facto sit sermo, *video, reperio* (encuentro escrito): has item reperies *constat, constat inter omnes* (todos convienen), *ut est in proverbio* (como dice el proverbio).

365. **Perfectum** α) Modo significat factum omnino praeteritum, vocaturque *historicum:* (Caes. B. G. 2. 10). *Acriter in eo loco* PUGNATUM EST. *Hostes impeditos nostri in flumine agressi, magnum eorum numerum* OCCIDERUNT, *etc.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

β) Modo indicat rem praeteritam illam quidem, quae tamen ipsa, vel certe ipsius effectus permanent quum loquimur; hoc vocant *logicum*. (Virg. Aen. 2. 325). FUIMUS *Troes*, FUIT *Ilium*, (Dejamos ya de ser Troyanos, pasó Troya). (Cic. Leg. 2. 25). *Nam et Athenis jam ille mos á Cecrope* PERMANSIT *terra humandi*. (Pues en Atenas se perpetuó desde el tiempo de Cécrope la costumbre de enterrar los cadáveres).

N. B. Hinc quaedam verba habent in perfecto significationem praesentis: sic MEMINI = *me acuerdo* (porque aprendí de memoria), NOVI = *sé* (porque he examinado), DECREVI = *estoy resuelto* (porque he determinado). Vehementius vero loqueris, si dicas: EXPLORATUM HABEO, PERSPECTUM HABEO, (entiendo perfectamente), etc.

366. Imperfectum. Jungitur in narrationibus praesenti et perfecto historicis, sed ita ut haec tempora exprimant factum primarium, imperfectum vero adjuncta. (Cic. Verr. 5. 62). *Verres inflammatus scelere et furore, in forum venit,* ARDEBANT *oculi, toto ex ore crudelitas* EMINEBAT.

Quandoque pro imperfecto usurpatur in narrationibus infinitus *historicus*. (Cic. Verr. De furt. 29). *Rex primo nihil* METUERE, *nihil* SUSPICARI; *dies unus, alter; non* REFERRI *(candelabrum)*. (El rey al principio nada temía, nada sospechaba; pasaba un día, dos; no devolvían el candelabro). [421] (1).

N. B. In epistolis nonnumquam tempora has significationes non obtinent, eo quod scriptor mente transfertur ad tempus in quo legentur litterae. Ideo pro praesenti usurpatur imperfectum vel perfectum, pro perfecto plusquamperfectum. (Cic. Att. 9. 10). *Nihil* HABEBAM *quod* SCRIBEREM, *neque enim novi quidquam* AUDIERAM, *et ad tuas omnes* RESCRIPSERAM *pridie*. (Nada tengo que escribirte, pues no he oido novedad alguna, y ayer contesté á todas tus cartas). (Id. Fam. 5. 36). *His ego litteris si quid* PROFECISSEM, EXISTIMABAM *optandum quiddam me esse assequutum*. (Si algo te he ayudado con esta carta, creo haber obtenido...). Et in fine passim: DABAM vel DATAE *pridie nonas*.

367. Circuitio illa ex participio in *rus* et verbo *sum* extra infinitum, potius quam debitum aut tempus futurum, significat nos constitutum habere actionem ponere, vel eam jam jam esse incepturos. (Cic. Inv. 1. 16). *Attentos faciemus auditores, si demonstrabimus ea, quae* DICTURI SUMUS (lo que vamos á decir). (Cic. Verr. 2. 29). *Facite quod vobis libet;* DATURUS *non* SUM *amplius*, (tengo resuelto no....). PROFECTURUS ERAM *ad te, quum ad me frater tuus venit*. (Estaba para partir,...).

Voces *dus* et *dum*, etiam quum sextum casum post se habent, necessitatem et officium potius quam tempus futurum significare videntur. Sic *amandus sum* (debo ser amado). (Cic. Fam. 12. 23). *Quo tua major dignitas, eo quae tibi acciderunt minus* FERENDA. *Neque enim quae tu moderate fers, a te non* ULCISCENDA SUNT, *etiamsi non* SUNT DOLENDA. (Cuanto mayor

(1) Posset hoc ad figuratam constructionem revocari, audiendum enim per synecdochen verbum coepit, tradit, Quintilianus l. 9. c. 3. [434].

es tu dignidad, tanto debe sufrirse menos lo que te ha sucedido, etc....) [71, 120].

368. Participium praeteriti et *fui, fueram*, etc. significat fere apud probatissimos auctores rem per aliquod tempus durasse in illo statu quem verbum indicat. (Liv. 1. 19). *Bis deinde post Numae regnum Janus* CLAUSUS FUIT (estuvo cerrado).

N. B. Idem participium et *sum*, aliquando significat tantum actionem praeteritam et perfectam: v. gr. PUGNATUM EST (se peleó); saepe vero indicat statum in quo res invenitur, estque perfectum logicum. (Cic. de Or. 1. 42). *Omnia fere quae* SUNT CONCLUSA *nunc artibus* (que ahora están ó se encuentran reducidas á reglas), DISPERSA ET DISSIPATA *quondam* FUERE (estuvieron un tiempo diseminadas). Tunc vero potius duo quam unum censenda sunt; *sum* enim verbum quidem est, participium vero nominis naturam induit [69].

ARTICULUS II. IMPERATIVUS [33-38]

369. Prima forma, quae plerumque usurpatur, praesens tempus et certam personam significat. (Cic. Fam. 16. 4). *Omnia* DEPONE, *corpori* SERVI. (Déjalo todo....).

Secunda refertur vel ad tempus futurum, vel ad omne tempus; propterea usurpatur in legibus, sententiis, etc. (Cic. Fam. 16. 4). *Quum valetudini tuae diligentissime consulueris, tum, mi Tiro,* CONSULITO *navigationi*. (Cuando hayas mirado por tu salud, piensa entonces en embarcarte). (Id. Leg. 3. 3). *Regio imperio duo* SUNTO, *iique consules* APPELLANTOR, *militiae summum ius* HABENTO, *nemini* PARENTO. (Haya dos que tengan el sumo poder, estos se llamarán cónsules....). Saepe tamen reciprocantur praesens et futurum.

370. Praeter has voces quas imperativo tribuimus, sunt et aliae quibus non raro probati auctores utuntur:

1.° In praecipiendo quidem:

α) futuro indicativo. (Cic. Fam. 7. 20). VALEBIS, *meaque negotia* VIDEBIS.

β) praesente subjunctivo, maxime si adhibetur 2.ª persona pro indefinita. (Cic. Tusc. 5. 41). *Injurias fortunae, quas ferre nequeas, defugiendo* RELINQUAS.

γ) his circumloquutionibus: *Cura ut valeas, da operam ut..., fac habeas animum, velim cures*, et similibus. (Cic. Fam. 12. 12). FAC *valeas*.

2.° In prohibendo autem:

α) futuro indicativo cum particula negandi. (Cic. Fam. 5. 12). *Tu interea* NON CESSABIS.

β) praesente subjunctivi praeposito *ne, nullus, nihil, nusquam*, etc..., vix vero *non*. (Cic. Sen. 10). *Isto bono utare, dum adsit; quum absit,* NE REQUIRAS.

γ) perfecto conjunctivi cum iisdem particulis. (Cic. Att. 1. 5). *Tu illi* NIHIL DIXERIS. (Guárdate de decirle nada). (Id. Q. Fr. 1. 1). *Huic* NIHIL CREDIDERIS.

δ) circumloquutionibus *fac, cura,* addito *ne; cave* cum vel sine *ne; nolim,* omisso *ne; mitte, parce, fuge, noli* cum infinito praesenti. (Cic. Fam. 16. 11). FAC NE *quid aliud* CURES. (Id. ib. 16. 12). CAVE FESTINES. (Id. Flac. 42). NOLITE EXISTIMARE.

N. B. 1.° Ad minuendam vim imperativi, adjiciuntur hae loquutiones: *amabo, amabo te, obsecro, quaeso, oro te, sis* (si vis), *sodes* (si audes). Contra ad vehementius instandum, additur *age, agite.* (Cic. Att. 7. 3). JUBE SODES *nummos curare.* (id. Ros. c. 16). AGE NUNC *refer animum* SIS *ad veritatem.*

N. B. 2.° Tertia persona imperativi fere numquam reperitur apud eos qui soluta oratione scripserunt, exceptis legislatoribus. Quare diligenter admonendi sunt pueri, ne tertia persona modi *legitimi* utantur *(legitimum* voco quod legibus ferendis sit aptus), sed aut praesentis subjunctivi, aut futuri indicativi.

N. B. 3.° In modo legitimo raro utimur *ne* cum altera forma. (Cic. Leg. 2. 9). *Nocturna sacrificia* NE SUNTO. Poëtae utuntur etiam prima forma. (Virg. Aen. 6. 95). *Tu* NE CEDE *malis* [402].

N. B. 4.° Aliquae loquutiones secundam tantum formam sibi vindicant. *Scito, scitote; sic habeto, habetote; tecum habeto* (ten en secreto); *memento, mementote; esto* (sea así, concedido).

ARTICULUS III. SUBJUNCTIVUS

§ I. SUBJUNCTIVUS OPTATIVUS [39-43]

371. Modus *optativus,* ut nomen ipsum indicat, ab optando nomen accepit: unde optandi adverbia ei praeponimus: *o, ita, sic, si, ut, quam, utinam,* et si qua ejusdem generis sunt; in negatione vero *ne, nullus.*

372. 1.° *Praesens* et *perfectum* (tempora primaria) (1) optatorum possibilitatem demonstrant, ac *praesens* quidem in re praesenti, *perfectum* in praeterita, utrumque tamen ad futuram etiam refertur. (Virg. Aen. 8. 578). *Nunc,* o *nunc* LICEAT *crudelem abrumpere vitam!* (¡Oh! séame lícito acabar ahora mismo tan cruel vida). (Virg. Aen. 6. 187). SI *nunc se nobis ille aureus arbore ramus*-OSTENDAT *nemore in tanto!* (Si ahora en medio de tan grande selva se presentara á nuestra vista en algún árbol aquel ramo de oro). (Virg. Aen. 6. 62). *Hac Trojana tenus* FUERIT *fortuna sequuta.* (Acabe aquí de seguirnos la fortuna de Troya). (Plin. Ep. 1. 10). *Atque* UTINAM *sic ipse quam spem tunc ille de me concepit* IMPLEVERIM, *ut ille multum*

(1) Ut patet, *praesens, perfectum* et *futurum imperfectum* alterius temporis adminiculo non indigent; *imperfectum* vero, *plusquamperfectum* et *futurum perfectum* aliud desiderant ut sensum perficiant: illa igitur vocantur *absoluta* vel PRIMARIA, haec *relativa* vel SECUNDARIA. [Conf. Alv. n. 44].

virtutibus suis addidit. (Tan cierto fuese que yo he cumplido las esperanzas que entonces de mí concibió, como que él ha acrecentado mucho sus virtudes). (Cic. Att. 3. 3). UTINAM *illum diem* VIDEAM! (¡Ojalá vea yo aquel día!) (Cic. Mil. 34). VALEANT *cives mei,* SINT *florentes,* SINT *incolumes,* SINT *beati,* STET *haec urbs praeclara, mihique patria carissima.* (Ter. Eun. 2. 4. 302). UT *illum dii deaeque senium* PERDANT! ¡Ojalá maten los dioses y diosas á aquel vejete!) (Cic. Fam. 14. 3). *Dii* FAXINT *ut tali genero mihi frui liceat.* (Plega á los dioses que pueda yo gozar de tal yerno). (Cic. Fam. 7. 23). NE VIVAM, *si tibi concedo.* (Muera yo, si te concedo). (Ter. Adelph. 4. 6. 704). Dii *me, pater, omnes* ODERINT.

2.° *Imperfectum* vero et *plusquamperfectum* (tempora secundaria) rem impossibilem prae se ferunt: *plusquamperfectum* quidem, si de praeteritis sit sermo, *imperfectum* autem, si de praesentibus aut futuris. (Ov. Trist. 1. 1. 57). *Di* FACERENT *possem nunc meus esse liber.* (¡Hiciesen los dioses que yo pudiese ser ahora mi libro!). (Cic. Att. 2. 19). UTINAM ADESSES! (¡Ojalá estuvieses aquí!). (Cic. Fam. 5. 17). *Illud* UTINAM NE *vere* SCRIBEREM. (Luc. Phars. 2. 305). O UTINAM *coelique deis Erebique* LICERET. (Ov. Met. 9. 489). *Omnia di* FACERENT *essent communia nobis.* (Cic. Att. 8. 11). UTINAM *tui consilii certior* FACTUS ESSEM. (Ter. Phor. 1. 3. 157). *Quod* UTINAM NE *in mentem* INCIDISSET.

N. B. 1.° Dicemus ergo *velim, nolim, malim,* quum illa quae exoptamus, speramus fore ut eveniant; at si dicas *vellem, nollem, mallem,* videberis desperare.

Velim taceas = Deseo que calles (y lo espero).
Velim tacueris = Deseo que hayas callado (y lo espero).
Vellem taceres = Quisiera que callases (mas no lo espero).
Vellem tacuisses = Quisiera que hubieses callado (mas no lo espero).

(Cic. Att. 2. 1). NOLIM *ita existimes, me mei praesidii causa cum illo esse conjunctum.* (id. Att. 2. 22). *Quam* VELLEM *Romae mansisses!*

N. B. 2.° Utimur optativo augurando et imprecando. (Cic. Fam. 7. 23). *Ne* VIVAM, *si concedo.* (id. Fam. 15. 9). PEREAM, *nisi sollicitus sum.* (id. Att. 5. 15). *Ita* VIVAM, *ut maximos sumptus facio.* (Por mi vida que....).

§ II. SUBJUNCTIVUS DUBITATIVUS [48-55]

373. Adhibetur interrogando, quum dubium cunctationemve exprimimus.

1.° In *praesenti* dubium refertur ad actionem praesentem vel futuram. (Ter. Adelph. 5. 2. 288). *Quid ego nunc* AGAM? (¿Qué hago ahora?). (Cic. Rosc. 11). *Quid primum* QUERAR? (¿De qué me quejaré primero?). (Ter. Adelph. 6. 2. 793). *Hei mihi! quid* FACIAM? *quid* AGAM? *quid* CLAMEM *aut* QUERAR? (Virg. Aen. 3. 39). ELOQUAR *an* SILEAM? (Cic. de Or. 3. 1). *Ego te consulem* PUTEM, *quum tu me non putes senatorem?* (¿Que crea yo que tú eres cónsul...? ¿he de creer yo...?).

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

2.° In *perfecto* ad futuram, vel ad praeteritam quidem, quam tamen vix possis adduci ut evenisse credas. (Hor. Od. 1. 6). *Quis Martem tunica tectum adamantina digne* SCRIPSERIT? (¿Quién podrá escribir dignamente...?) (Virg. Aen. 2. 581). OCCIDERIT *ferro Priamus? Troja* ARSERIT *igni?* (¿Es posible que haya muerto á hierro Príamo...?).

3.° In *imperfecto* ad praeteritam. (Cic. Rab. 8). *Tu denique, Labiene, quid* FACERES *tali in re ac tempore?* (¿Qué hubieras hecho...?).

N. B. 1.° Huc pertinent oratoriae dicendi formae, *Quid dicam? Quid commemorem? Quid loquar? Quid plura?....*

N. B. 2.° Ad urgendam interrogationem, additur *ne, an, ut.* (Cic. Cat. 1. 9). *Te* UT *ulla res frangat? Tu* UT *umquam te corrigas?* (Ter. And. 5. 4. 944). TUNE *impune hoc facias?*

N. B. 3.° Etiam praesens et perfectum infinitum pro dubitativo usurpantur. (Cic. Fam. 16. 1). *Me miserum! te in tantas aerumnas propter me* INCIDISSE! *Tulliolamque nostram, ex quo patre tantas voluptates capiebat, ex eo tantos* PERCIPERE *luctus!*

§ III. SUBJUNCTIVUS POTENTIALIS [48-55]

374. *Potentialem* hunc modum nominamus, quod potentiam sive facultatem praecipue adsignificat: solet enim verbo *possum* explicari.

1.° *Praesens* et *perfectum* rem modo praesentem modo futuram significant. (Quint. 1. 3). FRANGAS *citius quam* CORRIGAS. (Podrás romperlo, mas no enderezarlo). (Cic. N. D. 2. 55). QUAERAT *quispiam.* (Podrá preguntar alguno). (Cic. Amic. 13). *Itaque* VIDEAS *rebus injustis justos maxime dolere.* (Verás que los justos se afligen mucho por las injusticias). (Virg. Aen. 4. 24). *Sed mihi vel tellus* OPTEM *prius ipsa dehiscat.* (Antes deseo que se me abra la tierra). (Cic. de Or. 1. 59). *Nemo* SUASERIT *studiosis dicendi adolescentibus, in gestu discendo histrionum more elaborare.* (Nadie se atreverá á aconsejar á los jovencitos aficionados á declamar, que en el gesto se esfuercen en imitar á los comediantes). (Cic. Brut. 13). *Ista vero, inquit, quam necessaria fuerint, non facile* DIXERIM; *jucunda certe mihi fuerunt.* (No podré decir fácilmente....).

2.° *Imperfecto* ostendimus non esse factam rem, quae potuisset facta esse. (Cic. Fin. 2. 17). *Poterat Sextilius impune negare; quis enim* REDARGUERET? (Podía Sextilio negarlo impunemente; pues ¿quién pudiera contradecirle?). (Sall. Cat. 64). *Sed confecto praelio, tum vero* CERNERES, *quanta audacia, quantaque animi vis fuisset in exercitu Catilinae.* (Pero acabada la batalla, entonces vieras cuánta audacia y esfuerzo había tenido el ejército de Catilina).

N. B. 1.° Prima persona *perfecti* potentialis modi modeste significamus, quid de re aliqua judicemus. (Cic. de Or. 3. 41). *Syrtim patrimonii, scopulum libentius* DIXERIM. (Mejor se diría á mi juicio...). (id. Or. 47). *Pomeridianas quadrigas, quam postmeridianas, libentius* DIXERIM. (id. ib.). *Nec vero* REPREHENDERIM. (Con todo no me atrevería á reprenderlo). (id. Tusc. 1. 17). *Ego enim ipse cum eodem ipso non invitus* ERRAVERIM. (id. Leg. 1. 4).

Ego vero libenter AUDIERIM. (id. Brut. 6). *Hoc vero sine ulla dubitatione* CONFIRMAVERIM. (id. ib. 17). *Refertae sunt orationes amplius centum quinquaginta, quas quidem adhuc* INVENERIM *et* LEGERIM, *et verbis et rebus illustribus.* (De las que hasta ahora he podido encontrar y leer....). (id. Tusc. 5. 19). *Praecidi caput jussit M. Antonii, omnium eloquentissimi, quos ego* AUDIERIM.

N. B. 2.° Praemunitiones illae: *ut ita dicam, ut sic dicam,* huc etiam spectant, quae et praeterito efferuntur: *ut ita dixerim, ut sic dixerim.* Itemque loquutiones illae, quibus veniam pacemque praefamur: *dixisse liceat, pace tua dixerim.*

N. B. 3.° Ad indicandam possibilitatem rei generali modo, utuntur latini secunda persona singulari praesentis vel imperfecti potentialis: v. gr. *Aequabilitatem conservare non* POSSIS, *si aliorum naturam imitans,* OMITTAS *tuam.* (No se puede conservar....). (Ov. Met. 162). SCIRES *e sanguine natam.* (Echábase de ver que....).

N. B. 4.° Hunc modum fere tantum usurpabis in modesta affirmatione vel cum subjecto indefinito.

375. Potentialis tamen loquutio indicativo saepe effertur cum verbis quae rem *decere*, fieri *posse* aut *debere* significant. Ejusmodi sunt *decet, convenit, oportet, possum, debeo,* etc., conjugatio periphrastica et verbum *sum* additum nominibus *opus, aequum, necesse, satis* vel *satius,* etc. (Cf. n. 397. γ. N. B. 1.°). (Cic. Sen. 16). POSSUM *persequi multa oblectamenta rerum rusticarum, sed ea ipsa quae dixi, fuisse sentio longiora.* (Pudiera ir recorriendo...). (id. Fam. 14. 16). *Volumnia* DEBUIT *in te officiosior esse quam fuit, et id ipsum quod fecit,* POTUIT *diligentius facere et cautius.* (Volumnia debiera haber sido.... pudiera haberlo hecho....). (id. Cat. 1. 1). *Ad mortem te, Catilina, duci jussu consulis jam pridem* OPORTEBAT. (Hubiera sido necesario....). (id. Att. 2. 1). FUIT *tamen retinendi ordinis causa* FACIENDA *jactura.* (Se debiera haber sufrido aquella pérdida....). (id. Fam. 1. 9). ERAT INFINITUM *bene de me meritos omnes nominare.* (Sería nunca acabar....).

§ IV. SUBJUNCTIVUS PERMISSIVUS [55-62]

376. *Permissivus,* sive *concessivus* modus permissionem sive concessionem adsignificat, unde et nomen invenit. Quem quidem modum dupliciter usurpatum invenias: aliquando enim significamus nos alicujus rei curam penitus abjicere, eamque aliorum arbitrio judicioque committere: v. gr. (Cic. Amic. 3). *Quam id recte faciam,* VIDERINT *sapientes.* (Allá se lo vean los sabios); saepius vero difficultatem concedimus vel simpliciter, vel ut argumentum inde nobis deducamus, ut in sequentibus exemplis. Affirmationi solet adjungi *sane*, negationi vero *ne.*

377. 1.° *Praesens* significat rem praesentem vel futuram, quam posse fieri existimamus. (Cic. Acad. 2. 32). *Haec si vobis non probamus,* SINT *falsa sane, invidiosa certe non sunt.* (Sea falso en buena hora, al menos odioso no lo es). (Id. Sen. 11). *Ne* SINT *in senectute vires; ne postulantur*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

quidem vires a senectute. (Concedido que no tienen fuerzas los viejos: pero nadie les exige que las tengan). (Cic. Verr. 2. 1. 5). CONFRINGAT *iste* SANE *vi sua consilia senatoria, quaestiones omnium* PERRUMPAT, EVOLET *ex vestra severitate.*

2.° *Perfectum* indicat rem praeteritam vel futuram possibilem, vel quae revera evenit. (Cic. Verr. 2. 1. 14). *Malus civis Cn. Carbo fuit:* FUERIT *aliis; tibi quando esse coepit?* (Pase que lo fuera para otros; mas para ti ¿cuándo lo fué?). (Liv. 31. 7). *Ne* AEQUAVERITIS *Hannibali Philippum: Pyrrho certe aequabilis.* (No igualéis, si os place, á Filipo con Aníbal: al menos lo igualaréis con Pirro).

3.° *Imperfectum* et *plusquamperfectum* res concedunt praesentes vel praeteritas, quae tamen non sunt vel non fuerunt. (Cic. Off. 3. 19). DARES *hanc vim M. Crasso; in foro, mihi crede, saltaret.* (Prueba de dar este poder á M. Craso; y verás como se pone á saltar en el foro). (Virg. Aen. 4. 600). *Verum anceps pugnae fuerat fortuna:* FUISSET: *quem timui moritura?* (Fuéralo: ¿á quién había de temer estando para morir?).

CAPUT XIII

QUAE VERBA CUM QUIBUS MODIS COPULENTUR

378. N. B. Multa sunt verba quibus membrum orationis subjicitur, quod nominativi vel accusativi locum supplet (1). Quae propositiones hispane quidem nulla interjecta particula nonnumquam copulantur, saepissime ope conjunctionis *que;* latine vero ipsas tripliciter potissimum interpretamur: 1.° infinito; 2.° subjunctivo cum particulis *ut, ne, quominus, quin;* 3.° indicativo cum *quod.*

ARTICULUS I. VERBA CUM INFINITO

§ I. QUAE VERBA POSTULENT INFINITUM

379. Interdum loco nominativi membrum orationis infinitae habent [223]:

1.° Verba impersonalia *licet, libet, oportet, decet, placet, displĭcet, appăret, fugit, praetĕrit, fallit, latet, poenitet, pudet, taedet,* etc. (Cic. Phil. 13. 6). LICET *nemini contra patriam exercitum* DUCERE. (Id. Att. 7. 18). *De Dionysio* FUGIT *me ad te antea* SCRIBERE. (Id. Fam. 15, 65). *Non me* PRAETERIT, *nos eam rem Ephesi* EXPERTOS ESSE. (Id. Orat. 67). *Quem,*

(1) Si propositio haec quae alteri subjicitur, gerit vices nominativi (vel subjecti), vocari solet *subjectiva; objectiva* vero, si est complementum (vel objectum) principis verbi.

quaeso, nostrum FEFELLIT, *ita vos* ESSE FACTUROS? (Id. Phil. 2. 34). *Non dissimulat, Patres Conscripti,* APPARET ESSE COMMOTUM, *sudat, pallet.*

2.° Verba passiva *videtur, dicitur, fertur, traditur,* etc. (Cic. Tusc. 5. 5). *Non mihi* VIDETUR *ad beate vivendum satis* POSSE *virtutem.* (Id. Amic. 15). *Tarquinium* DIXISSE FERTUR. (Vid. n. 381. N. B. 7.°).

N. B. Cum verbo *videor* saepe infinitus desideratur. (Cic. Att. 12. 28). *Velim aliquando, quum erit tuum commodum, Lentulum puerum visas, eique de mancipiis* QUAE *tibi* VIDEBITUR *attribuas* (deest *attribuenda esse*). (Id. ib. 30). *Pueros attribue ei* QUOT *et* QUOS VIDEBITUR (deest *attribuendos esse*). (Caes. B. G. 4. 8). *Ad haec Caesar* QUAE VISUM EST *respondit.* (Á esto contestó César lo que le pareció).

3.° Substantiva et adjectiva adjuncta verbo *sum:* v. g. *opus est, necesse est, scelus est,* etc. (Cic. Fam. 16. 14). *Nunc* OPUS EST *te animo* VALERE, *ut corpore possis* (Sen. Vit. 1. 15). *Deo* SERVIRE LIBERTAS EST. (Cic. Att. 13. 28). *Quam enim turpis est assentatio, quum* VIVERE *ipsum* TURPE SIT *nobis.* (Hor. Od. 3. 2. 13). DULCE *et* DECORUM EST *pro patria* MORI. (Cic. Att. 8. 2). *(Patria) pro qua et in qua* MORI PRAECLARUM EST. [350] (Cf. n. 387. N. B. 1.°).

380. Infinitum verbum post se postulant pro accusativo cum eodem fere subjecto:

1.° Verba *servilia.*

Soleo *(soler).* (Cic. Att. 1. 18). Sextus nummos vobis dividere solebat.
Coepi *(comenzar).* (Cic. Att. 1. 4). Si quando abundare coepero.
Debeo *(deber).* (Cic. Or. 21). Magni judicii esse debebit orator ille.
Desĭno *(dejar de).* (Cic. Fam. 2. 9). Non desinam tua decreta defendere.
Incipio *(empezar á).* (Cic. Tusc. 1. 43). Incipere mortem optare.
Possum *(poder).* (Cic. Phil. 2. 10). Quantum facere enitique potui.
Queo *(poder).* (Cic. Fam. 14. 1). Non queo reliqua scribere.
Nequeo *(no poder).* (Cic. Som. Scip. 5). Solem adversum intueri nequitis.

2.° Verba *incipiendi.*

Aggredior *(comenzar á).* (Sall. Jug. 9). Jugurtam beneficiis vincere aggressus est.
Exordior *(comenzar á).* (Cic. Div. 2. 48). Tum exorsus sum dicere.
Ingredior *(empezar á).* (Cic. Acad. 1. 1). Sum ingressus eas res mandare monumentis.
Instituo pro *incipio.* (Cic. Fam. 7. 1). Institui Topica conscribere.
Ordior *(empezar á).* (Cic. Brut. 6). De eloquentia disputare ordimur.

3.° Verba *perseverandi.*

Consuesco *(acostumbrar).* (Cic. de Or. 1. 61). Demosthenes multos versus pronuntiare consuescebat.
Pergo pro *persevero (perseverar).* (Cic. de Or. 2. 71). Conficere pergas.
Persevēro *(perseverar en).* (Caes. B. C. 2. 14). Fugere perseveravit.
Persto *(persistir en).* (Cic. Fin. 2. 33). Si perstiteris ea referre.
Assuetus *(acostumbrado á).* (Virg. Aen. 3. 514). Assuetus muros defendere bello.
Consuetus *(acostumbrado á).* (Cic. Tusc. 2. 21). Consuetus in armis aetatem agere.
Insuetus *(no acostumbrado á).* (Liv. 31. 18). Insuetus vera audire.

4.° Verba *desinendi.*

Absisto *(desistir de).* (Virg. Aen. 6. 399). Absiste moveri.
Cesso pro *desino.* (Cic. Att. 11. 11). Ille non cessat de nobis detrahere.
Fugio (poët.) *(dejar de).* (Hor. Od. 1. 9. 13). Quid sit futurum cras fuge quaerere.
Mitto (poët.) *(cesar de).* (Ov. Met. 3. 614). Pro nobis mitte precari.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

quidem vires a senectute. (Concedido que no tienen fuerzas los viejos: pero nadie les exige que las tengan). (Cic. Verr. 2. 1. 5). CONFRINGAT *iste* SANE *vi sua consilia senatoria, quaestiones omnium* PERRUMPAT, EVOLET *ex vestra severitate.*

2.° *Perfectum* indicat rem praeteritam vel futuram possibilem, vel quae revera evenit. (Cic. Verr. 2. 1. 14). *Malus civis Cn. Carbo fuit:* FUERIT *aliis; tibi quando esse coepit?* (Pase que lo fuera para otros; mas para ti ¿cuándo lo fué?). (Liv. 31. 7). *Ne* AEQUAVERITIS *Hannibali Philippum: Pyrrho certe aequabilis.* (No igualéis, si os place, á Filipo con Aníbal: al menos lo igualaréis con Pirro).

3.° *Imperfectum* et *plusquamperfectum* res concedunt praesentes vel praeteritas, quae tamen non sunt vel non fuerunt. (Cic. Off. 3. 19). DARES *hanc vim M. Crasso; in foro, mihi crede, saltaret.* (Prueba de dar este poder á M. Craso; y verás como se pone á saltar en el foro). (Virg. Aen. 4. 600). *Verum anceps pugnae fuerat fortuna:* FUISSET: *quem timui moritura?* (Fuéralo: ¿á quién había de temer estando para morir?).

CAPUT XIII

QUAE VERBA CUM QUIBUS MODIS COPULENTUR

378. N. B. Multa sunt verba quibus membrum orationis subjicitur, quod nominativi vel accusativi locum supplet (1). Quae propositiones hispane quidem nulla interjecta particula nonnumquam copulantur, saepissime ope conjunctionis *que;* latine vero ipsas tripliciter potissimum interpretamur: 1.° infinito; 2.° subjunctivo cum particulis *ut, ne, quominus, quin;* 3.° indicativo cum *quod.*

ARTICULUS I. VERBA CUM INFINITO

§ I. QUAE VERBA POSTULENT INFINITUM

379. Interdum loco nominativi membrum orationis infinitae habent [223]:

1.° Verba impersonalia *licet, libet, oportet, decet, placet, displĭcet, appăret, fugit, praetĕrit, fallit, latet, poenitet, pudet, taedet,* etc. (Cic. Phil. 13. 6). LICET *nemini contra patriam exercitum* DUCERE. (Id. Att. 7. 18). *De Dionysio* FUGIT *me ad te antea* SCRIBERE. (Id. Fam. 15, 65). *Non me* PRAETERIT, *nos eam rem Ephesi* EXPERTOS ESSE. (Id. Orat. 67). *Quem,*

(1) Si propositio haec quae alteri subjicitur, gerit vices nominativi (vel subjecti), vocari solet *subjectiva; objectiva* vero, si est complementum (vel objectum) principis verbi.

quaeso, nostrum FEFELLIT, *ita vos* ESSE FACTUROS? (Id. Phil. 2. 34). *Non dissimulat, Patres Conscripti,* APPARET ESSE COMMOTUM, *sudat, pallet.*

2.° Verba passiva *videtur, dicitur, fertur, traditur,* etc. (Cic. Tusc. 5. 5). *Non mihi* VIDETUR *ad beate vivendum satis* POSSE *virtutem.* (Id. Amic. 15). *Tarquinium* DIXISSE FERTUR. (Vid. n. 381. N. B. 7.°).

N. B. Cum verbo *videor* saepe infinitus desideratur. (Cic. Att. 12. 28). *Velim aliquando, quum erit tuum commodum, Lentulum puerum visas, eique de mancipiis* QUAE *tibi* VIDEBITUR *attribuas* (deest *attribuenda esse*). (Id. ib. 30). *Pueros attribue ei* QUOT *et* QUOS VIDEBITUR (deest *attribuendos esse*). (Caes. B. G. 4. 8). *Ad haec Caesar* QUAE VISUM EST *respondit.* (Á esto contestó César lo que le pareció).

3.° Substantiva et adjectiva adjuncta verbo *sum:* v. g. *opus est, necesse est, scelus est,* etc. (Cic. Fam. 16. 14). *Nunc* OPUS EST *te animo* VALERE, *ut corpore possis* (Sen. Vit. 1. 15). *Deo* SERVIRE LIBERTAS EST. (Cic. Att. 13. 28). *Quam enim turpis est assentatio, quum* VIVERE *ipsum* TURPE SIT *nobis.* (Hor. Od. 3. 2. 13). DULCE *et* DECORUM EST *pro patria* MORI. (Cic. Att. 8. 2). *(Patria) pro qua et in qua* MORI PRAECLARUM EST. [350] (Cf. n. 387. N. B. 1.°).

380. Infinitum verbum post se postulant pro accusativo cum eodem fere subjecto:

1.° Verba *servilia.*

Soleo *(soler).* (Cic. Att. 1. 18). Sextus nummos vobis dividere solebat.
Coepi *(comenzar).* (Cic. Att. 1. 4). Si quando abundare coepero.
Debeo *(deber).* (Cic. Or. 21). Magni judicii esse debebit orator ille.
Desĭno *(dejar de).* (Cic. Fam. 2. 9). Non desinam tua decreta defendere.
Incipio *(empezar á).* (Cic. Tusc. 1. 43). Incipere mortem optare.
Possum *(poder).* (Cic. Phil. 2. 10). Quantum facere enitique potui.
Queo *(poder).* (Cic. Fam. 14. 1). Non queo reliqua scribere.
Nequeo *(no poder).* (Cic. Som. Scip. 5). Solem adversum intueri nequitis.

2.° Verba *incipiendi.*

Aggredior *(comenzar á).* (Sall. Jug. 9). Jugurtam beneficiis vincere aggressus est.
Exordior *(comenzar á).* (Cic. Div. 2. 48). Tum exorsus sum dicere.
Ingredior *(empezar á).* (Cic. Acad. 1. 1). Sum ingressus eas res mandare monumentis.
Instituo pro *incipio.* (Cic. Fam. 7. 1). Institui Topica conscribere.
Ordior *(empezar á).* (Cic. Brut. 6). De eloquentia disputare ordimur.

3.° Verba *perseverandi.*

Consuesco *(acostumbrar).* (Cic. de Or. 1. 61). Demosthenes multos versus pronuntiare consuescebat.
Pergo pro *persevero (perseverar).* (Cic. de Or. 2. 71). Conficere pergas.
Persevēro *(perseverar en).* (Caes. B. C. 2. 14). Fugere perseveravit.
Persto *(persistir en).* (Cic. Fin. 2. 33). Si perstiteris ea referre.
Assuetus *(acostumbrado á).* (Virg. Aen. 3. 514). Assuetus muros defendere bello.
Consuetus *(acostumbrado á).* (Cic. Tusc. 2. 21). Consuetus in armis aetatem agere.
Insuetus *(no acostumbrado á).* (Liv. 31. 18). Insuetus vera audire.

4.° Verba *desinendi.*

Absisto *(desistir de).* (Virg. Aen. 6. 399). Absiste moveri.
Cesso pro *desino.* (Cic. Att. 11. 11). Ille non cessat de nobis detrahere.
Fugio (poët.) *(dejar de).* (Hor. Od. 1. 9. 13). Quid sit futurum cras fuge quaerere.
Mitto (poët.) *(cesar de).* (Ov. Met. 3. 614). Pro nobis mitte precari.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Omitto *(cesar de)*. (Cic. Brut. 76). Itaque omittamus legere.
Parco (poët). *(dejar de)*. (Virg. Ecl. 3. 94). Parcite, oves, nimium procedere.

5.° Verba *festinandi* aut *morandi*.

Matūro *(apresurarse á)*. (Cic. Att. 4. 1). Oro ut matures venire.
Moror *(detenerse en)*. (Cic. Phil. 5. 12). En cui bellum moremur inferre.
Propĕro *(apresurarse á)*. (Cic. Prov. Cons. 5. 14). Si in patriam redire properaret.
Supersedeo *(dejar de)*. (Liv. 21. 40). Supersedissem loqui apud vos.

6.° Verba quibus *voluntatis prosequutio* aut *fuga* significatur.

Volo *(querer)*. (Cic. Att. 1. 18). Volo te hoc scire (n. 388. 3.°).
Malo *(querer más)*. (Cic. Tusc. 9. 1). Continentem orationem audire malo.
Cupio *(desear)*. (Cic. Brut. 97). Te tua virtute frui cupimus.
Aveo *(desear)*. (Cic. Att. 1. 15). Aveo scire quid agas.
Appĕto *(desear)*. (Cic. Fin. 5. 20). Appetat animus aliquid agere semper.
Expĕto *(desear)*. (Cic. Att. 2. 30). Nostram gloriam augeri expeto.
Exopto *(desear)*. (Cic. Fam. 4. 6). Te exopto quamprimum videre.
Audeo *(atreverse á)*. (Cic. ad Brut. 1. 16). Aude negare.
Nolo *(no querer)*. (Cic. Fam. 1. 7). Evolare altius noluerunt.
Recūso *(rehusar)*. (Caes. B. G. 3. 22). Mori recusaret.
Erubesco *(avergonzarse de)*. (Cic. Leg. 1. 19). Erubescunt etiam loqui de pudicitia.
Negligo *(despreciar)*. (Cic. Phil. 3. 8). Diem edicti ob re neglexit.
Vereor *(temer)*. (Cic. Leg. 1. 13). Vereor commitere (n. 388. 4.°).
Timeo *(temer)*. (Ov. Pont. 3. 1. 119). Quid adire times? (n. 388. 4.°).
Metuo *(temer)*. (Cat. 64. 146). Nihil metuunt jurare (n. 388. 4.°).

7.° Verba quae *animi decretum* significant.

Statuo *(determinar)*. (Caes. B. C. 3. 86). Pompejus statuerat praelio decertare.
Decerno *(decretar)*. (Cic. Att. 6. 6). Decreveram cum eo familiariter vivere.
Consilium capio vel **ineo** *(determinar)*. (Nep. Lysand. 3). Consilia iniit reges tollere.
Jubeo. (Cic. Att. 4. 14). Dionysium jube salvere. *(Saluda á Dionisio)*.

8.° Verba *conandi*.

Conor *(esforzarse en)*. (Cic. Quint. 20). Conaris hoc dicere.
Nitor *(esforzarse por)*. (Nep. Pelop. 2). Ut patriam recuperari niterentur.
Molior *(maquinar)*. (Virg. Aen. 7. 127). Moliri agere tecta.
Studeo *(desear)*. (Cic. Att. 13. 20). Scire studeo quid egeris.
Cogĭto *(pensar)*. (Ter. Heaut. 3. 3. 46). Quid facere cogitas?
Meditor *(meditar)*. (Cic. Phil. 2. 45). Multos annos regnare meditatus.
Disco *(aprender)*. (Sall. Jug. 107). Didicerat latine loqui.
Contendo pro *conor*. (Caes. B. G. 3. 15). Fuga salutem petere contenderunt.
Paro. (Caes. B. C. 1. 83). Munitiones institutas parat perficere. *(Se dispone á concluir las fortificaciones empezadas)*.
In animo habeo. (Cic. Rosc. Am. 18). Istum exhaeredare in animo habebat. *(Habia resuelto desheredarle)*.
Animum indūco *(resolver)*. (Cic. Tusc. 5. 10). Inducant animum opes consternere.

9.° Verba *recordandi* aut *obliviscendi*.

Memĭni *(acordarse)*. (Cic. Fam. 3. 8). Non meminisse locum dari.
Recordor *(recordar)*. (Cic. ad Brut. 1. 5). Hoc mihi placuisse potest recordari.
Obliviscor *(olvidarse de)*. (Cic. Rosc. Com. 17). Obliviscor viros esse primarios.

10.° Verba quaedam *passiva*.

Videor. (Cic. Att. 9. 10). Amens mihi fuisse videor. *(Me parece que fuí loco)*.
Putor. (Cic. Amic. 2). Atilius prudens esse putabatur. *(Atilio era tenido por prudente)*.
Trador. (Cic. Sext. 67). Justissimus fuisse traditur. *(Dicese que fué muy justo)*.
Perhibeor. (Cic. Tusc. 1. 12). Nuntii fuisse perhibentur. *(Se cuenta que hubo mensajeros)*.
Feror. (Virg. Aen. 1. 19). Quam Juno fertur coluisse. *(Dicen que Juno la honró)*.
Credor. (Ov. Trist. 3. 11. 73). Ne hoc tibi fingere credar. *(Para que no se crea que te engaño)*.

381. Quae quidem, quum fere pro subjecto nominativum praecedentis verbi admittant, post se hunc etiam casum requirunt, quum res ad nominativum refertur; at si accusativus antecessit, quod saepe fit in verbis voluntatis, et sequatur necesse est. (Cic. N. D. 1. 36). *Nolo esse* LONGUS. (Ter. Adelph. 5. 6. 8). *Meditor esse* AFFABILIS. (Cic. Marcel. 7). *Malim videri nimis* TIMIDUS, *quam parum* PRUDENS. (Id. Cat. 1. 2). *Cupio, Patres Conscripti,* ME *esse* CLEMENTEM; *cupio in tantis reipublicae periculis* ME *non* DISSOLUTUM *videri*.

N. B. 1.° Verba *servilia* juncta infinitis verborum impersonalium, fiunt et ipsa impersonalia, cohaerent etiam cum nominativo verbi passivi, quum activa passivis commutantur (1); at verba *volo, nolo, malo* numquam fiunt impersonalia, nec subjectum mutant cum verbo passivo. (Cic. Att. 8. 5). SOLET EUM POENITERE; (non *is solet poenitere*). (Id. Tusc. 1. 37). *Animorum nulla in terris* ORIGO *inveniri* POTEST. (Curt. Hist. 4. 3). MALO ME *fortunae* POENITEAT, *quam victoriae* PUDEAT. (Cic. Lig. 5). *Quum a te nemini* IGNOSCI VELLENT.

N. B. 2.° *Coepi* ac *desino* cum infinitis passivis modo activa, modo passiva voce in praeteritis usurpantur. (Liv. 2. 21). *Plebi injuriae a primoribus fieri* COEPERE. (Liv. 3. 38). *Contemni* COEPTI ERANT *a finitimis populis* (n. 140).

N. B. 3.° *Esse* et alia infinita verborum personalium, quae utrinque rectum habent, si adjungantur verbo *licet*, aut aliis, quae dativum postulant, ante se nihil, post se latino more accusativum, graeco more dativum admittunt. (Cic. Tusc. 1. 15). *Licuit* OTIOSO *esse Themistocli*. (id. Balb. 12). *Civi romano licet esse* GADITANUM.

N. B. 4.° Quum subjectum utriusque verbi non est idem, omnia quae diximus verba subjunctivum fere requirunt (n. 388 et 389).

N. B. 5.° *Censeo, decerno, statuo, constituo* modo participium futuri in *dus*, modo subjunctivum admittunt. (Cic. Off. 1. 13). *Regulus captivos* REDDENDOS *non censuit*. (id. Verr. 7. 68). *Censeo magnopere* DESISTAS. Quod si subjectum utriusque verbi idem sit, fere infinitus usurpabitur.

N. B. 6.° *Volo, nolo, malo, cupio* pro infinito admittunt etiam participium praeteriti. (Cic. Fam. 3. 9). *Domestica te cura* LEVATUM *volo*. (Ter. Heaut. prol. 26). *Omnes* ORATOS *vos volo*. (Cic. Q. Fr. 3. 1). *Ea te cura* LIBERATUM *volo*. (id. Att. 8. 3). *Nulla est sedes quo concurrant, qui rempublicam* DEFENSAM *volunt*. Nisi quis dicat infinitum *esse* desiderari (421).

N. B. 7.° *Credor, dicor, feror, putor, videor* et similia, adjuncta infinitis verborum personalium, raro impersonaliter usurpantur, nisi in temporibus compositis. (Cic. Brut. 21). IL *mihi* VIDENTUR *fortunate beateque vixisse*. (id. Fam. 1. 5). *Ut quam gratissimus erga te esse* COGNOSCERER. (Ter. And. 4. 8. 799). *In hac habitasse platea* DICTUM 'ST *Chrysidem*.

N. B. 8.° *Videor*, si non opinationem aut imbecillam assensionem, sed firmum animi placitum opportunitatemve significet, impersonaliter ponitur. (Cic. Sen. 1). *Nunc mihi* VISUM EST, *de senectute aliquid ad te scribere* (i. e.) mihi placuit, constitui, visum est opportunum.

382. Multis praeterea verbis pro complemento jungitur infinitus, cui necessario praeit accusativus, cujus generis sunt:

1.° Verba *sentiendi* et *cogitandi*.

Animadverto *(advertir)*. (Cic. Fam. 3. 5). Animadverti enim te habuisse rationem.
Audio *(oir)*. (Cic. de Orat. 2. 33). Ex Crasso audivi, quum diceret, sibi certum esse.
Comperio *(averiguar)*. (Cic. Verr. 2. 4. 29). Ait se comperisse piratas esse venturos.

(1) Ideo *servilia* dicuntur, quia verbis personalibus personaliter, impersonalibus impersonaliter adhaerent.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Dico *(decir)*. (Cic. Cat. 1. 4). Dico te venisse inter falcarios.
Ferre aegre *(llevar pesadamente)*. (Cic. Tusc. 4. 27). Si quis aegre ferat se pauperem esse.
Gaudeo. (Cic. Amic. 4). Quem esse natum gaudemus. *(Nos alegramos de que haya nacido)*.
Glorior *(gloriarse)*. (Cic. Pis. 1). Is mihi etiam gloriabitur, se omnes honores obtinuisse.
Ignōro *(ignorar)*. (Cic. Rep. 3. 18). Quis ignorabat Quintum Pompejum fecisse foedus?
Laetor. (Cic. Rosc. Am. 47). Quae perfecta esse laetor. *(Me alegro de que esto se haya acabado)*.
Memĭni *(me acuerdo)*. (Cic. Verr. 6. 32). Memini Panfilum mihi narrare.
Sentio *(sentir)*. (Cic. Tusc. 1. 23). Sentit animus se moveri.
Suspĭcor *(sospechar)*. (Cic. Att. 12. 42). Suspicabar nihil fuisse.
Video *(ver)*. (Cic. Cat. 4. 4). Video oculos in me esse conversos.

2.° Verba *dicendi* et *declarandi*.

Affirmo *(afirmar)*. (Cic. Att. 13. 23). Affirmo mihi offensioni esse possessiunculas.
Arguo *(argüir)*. (Cic. ad. Her. 2. 16). Ut si quis quem arguat hominem occidisse.
Convinco. (Cic. Orat. 1. 10) Nihil te de hominum moribus didicisse convincerent. *(Harían ver que nada habías aprendido de las costumbres de los hombres)*.
Demonstro *(demostrar)*. (Cic. Fam. 3. 4). Fabius demonstravit me a te plurimi fieri.
Nego. (Cic. Orat. 3. 14). Negavit se vidisse. *(Dijo que no lo había visto)*.
Scribo *(escribir)*. (Cic. Fam. 14. 3). Quod scribis te ad me venturam.

383. Nonnulla reperies etiam substantiva cum infinito, ut *opinio, fama, spes, auctor, testis, nuntius;* itemque adjectiva, ut *conscius, ignarus, certior*, etc. (Cic. Att. 9. 8). Opinio *est, Caesarem Formiis* fore. (Cic. Att. 9. 10). Spes *quaedam me obtentabat,* fore *ut aliquid conveniret.* (Id. Att. 2. 8). *Ecce tibi* nuntius, *pueros* venisse *Romam.* (Id. Tusc. 2. 1). *Non sumus* ignari, *multos contra* esse dicturos. (Id. Att. 1. 5). *Numquam enim a Pomponia nostra* certior *sum factus,* esse *cui dare litteras possem.* (Id. Tusc. 2. 1). *Mihi sum* conscius, *numquam me nimis cupidum* fuisse *vitae.* (Id. Fat. 6). Certum *in Fabio ponitur,* ortum *eum* esse *canicula oriente.*

N. B. 1.° Verba *gaudeo, laetor* et caetera, quae animi sensum significant, indicativum etiam habent vel subjunctivum cum *quod* (390).

N. B. 2.° Verba *videndi*, ut *video, cerno, aspicio, conspicio, animadverto*, etc. quum significant percipere sensu, potius accusativum participii admittunt, quam infinitum: v. gr. (Cic. Som. Scip. 3). *Aspicias ad te* venientem *Paulum patrem.* Eamdem constructionem amat *audio*, quum significat perceptionem immediatam, secus si mediatam significat: v. gr. *Audio te* dicentem. (Te oigo decir).—*Audio te* maledicere *mihi.* (Oigo decir que me maldices). (Cic. Att. 7. 2). *Vellem a principio te audisse amicissime* moderatem.

N. B. 3.° Verba *sperandi, promittendi, minandi* gaudent fere futuro infiniti; at *spero* pro *censeo* admittit etiam praesens. (Sall Cat. 59). *Sperabat propediem magnas copias se* habiturum. (Cic. Att. 6. 9). *Spero te jam bene* valere.

N. B. 4.° *Memini*, licet agatur de re praeterita, fere praesens infiniti postulat: v. gr. (Cic. Fam. 9. 16). *Memini te mihi coenam* narrare.

N. B. 5.° *Dico, scribo, respondeo, mitto* et alia similia, quum adhibentur ad praecipiendum vel postulandum, subjunctivum requirunt cum *ut* vel *ne*: v. gr. (Cic. Fam. 16. 4). *Scripsi* ut, *si tibi videretur, te ad se* transferret.

§ II. Significatio temporum infiniti [63]

384. N. B. Modus infinitus, ut Priscianus docet (l. 8. p. 803), tempora habet conjuncta, praesens nempe cum imperfecto, perfectum cum plusquamperfecto. Hispani

vero, si verba n. 380 excipias, quibus infinitum subjiciunt, ut (Cic. Att. 2. 7) *videre te cupio, deseo* verte; alias fere circuitione infinitum latinum reddunt; utuntur enim verbis finitis praeposita particula *que*. Quo igitur facilius pueri percipiant quo tempore infinitus latinus sit interpretandus, singula tempora exemplis illustranda sunt.

385.

Praes.
- Scio (sciam, scivero) *te* amare *litteras*. — Sé (sabré, habré sabido) que amas las letras.
- Sciebam (scivi, sciveram) *te* amare *litteras*. — Sabía (supe, había sabido) que amabas las letras.

Perfect.
- Scio (sciam, scivero) *te* amasse *litteras*. — Sé (sabré, habré sabido) que amaste las letras.
- Sciebam (scivi, sciveram) *te* amasse *litteras*. — Sabía (supe, había sabido) que habías amado las letras.

Futur.
- Scio (sciam, scivero) *te* amaturum esse *litteras*. — Sé (sabré, habré sabido) que amarás las letras.
- Sciebam (scivi, sciveram) *te* amaturum esse *litteras*. — Sabía (supe, había sabido) que amarías las letras.

N. B. 1.° Quae quidem significatio, si utrumque verbum inter se compares, inde pendet, quod *praesens infiniti* ejusdem est temporis ac verbum princeps; *perfectum* vero ad ante facta referendum est, *futurum* tandem ad ea quae sunt postea facienda.

N. B. 2.° Imperfectum indicativi post verbum praesentis aut futuri, saepe effertur perfecto infinitivi. (Cic. Leg. Man. 8). Dico *ejus adventu urbem Asiae clarissimam Cyzicenorum* obsessam esse *ab ipso rege;* (.... estaba sitiada).

N. B. 3.° Futurum passivum ex infinito *iri* et voce simili supino in *um* constat, ut *amatum iri, doctum iri, violatum iri, occisum iri*, omnibusque generibus atque utrique numero attribuitur. (Cic. Att. 2. 20). *Addit etiam se prius* occisum iri *ab eo, quam me* violatum iri. (Ter. Hecyr. Prol. 39). *Interea rumor venit* datum iri *gladiatores*. (Cic. Att. 1. 18). *Etiam legationes* rejectum iri *puto*. Circuitio vero illa quae ex participio in *dus* et infinito *esse* constat, officium necessitatemque potius, quam futurum tempus adsignificare videtur [346, 347].

386. *Fore ut, futurum ut* verbis *spero, puto, affirmo, suspicor* et his similibus juncta, eleganter futurum infiniti tam agendi quam patiendi modi supplent; qua circuitione subvenitur verbis, quae supino carent. (Cic. Tusc. 1. 34). Spero, fore ut *contingat id nobis.* (Id. Att. 16. 16). *Numquam* putavi, fore ut *supplex ad te venirem.* (Id. Fam. 1. 6). *Valde* suspicor, fore ut *infringatur hominum improbitas* [348].

N. B. 1.° Hispane futurum nonnumquam dubitationem significat, loquimur tamen de re praesenti: v. gr. *Creo que Pedro estará ya en Roma*. Hoc effertur latine ope praesentis: *Spero Petrum modo Romae* esse.

N. B. 2.° Ubi latini utuntur praeterito, quandoque nos usurpamus praesens: v. gr. *Satis est* dixisse. (Basta decirlo). *Satius est* tacuisse. (Mas vale callar). *Haec* meminisse *juvabit*. (Gustará recordar esto). *Poteras* dixisse. (Podias decirlo).

N. B. 3.° In verbis deponentibus et passivis futurum secundum efficitur ex participio praeterito et *fore;* v. gr. *Spero me adeptum fore.* (Espero que habré alcanzado). *Sperabam epistolam scriptam fore.* (Esperaba que la carta habría sido escrita).

N. B. 4.° Circuitiones illae *amatum ire, doctum ire* et quae sunt generis ejusdem, potius praesens quam futurum tempus adsignificant [64 et 346].

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ARTICULUS II. Verba cum subjunctivo

§ I. Subjunctivus cum ut, ut non, ne, (ut ne)

387. Verba et loquutiones quae *eventum* significant, postulant post se subjunctivum cum *ut*, si propositio subordinata est affirmativa, cum *ut non*, *ut nihil*, *ut numquam*, *ut nullus*, etc., si est negativa. Ejusmodi sunt:

Accĭdit *(acaece)*. (Cic. Att. 1. 5). Neque accidit ut haberem qui proficisceretur.
Contingit *(acontece)*. (Nep. Trasib. 8). Huic contigit ut patriam vindicaret.
Evĕnit *(sucede)*. (Brut. ap. Cic. Orat. 2. 55). Evenit ut in Privernati essemus.
Fit *(sucede)*. (Cic. Somn. Scip. 1). Fit saepe, ut cogitationes pariant aliquid tale.
Sequitur *(siguese)*. (Cic. N. D. 2. 32). Sequitur ut doceam.
Relinquitur *(resta)*. (Cic. Inv. 1. 9). Relinquitur ut tria genera sint.
Restat *(resta)*. (Cic. N. D. 2. 46). Restat ut motus sit voluntarius.
Est vitium. (Nep. Chav. 2). Est hoc vitium in civitatibus, ut invidia gloriae comes sit. *(En las ciudades hay el defecto, de que la envidia es compañera de la gloria)*.
Mos est *(hay costumbre)*. (Cic. Brut. 21). Mos est hominum ut nolint eumdem excellere.
Fuit hoc in. (Cic. de Orat. 2. 4). Fuit hoc in M. Crasso ut vellet.... *(M. Craso tenía que quería...)*.
Reliquum est *(resta)*. (Cic. Fam. 7. 31). Reliquum est, ut officiis certemus inter nos.
Intĕgrum est. (Cic. Tusc. 5. 22). Ei ne integrum quidem erat, ut ad justitiam remigraret. *(Ni siquiera estaba en su mano el volver á ser bueno)*.

N. B. 1.° Plura tamen junguntur aliquando infinito. (Cic. Pis. 24). *Non est integrum Pomprjo, consilio jam* UTI *suo* (n. 379).

N. B. 2.° *Tantum abest* saepe duplicem habet propositionem in subjunctivo. (Cic. N. D. 2. 63). *Tantum abest* UT *ea, quae terra gignit, bestiarum causa* PARATA SINT, UT *ipsas bestias hominum gratia generatas esse* VIDEAMUS.

N. B. 3.° *Accēdit* (se junta) etiam habet *ut* et subjunctivum, vel indicativum cum *quod*. (Cic. 2. Orat. 48). *Accedebat* UT *tu adolescens* EXISTIMARERE. (Cic. Att. 13. 21). *Accedit* QUOD *patrem, plus etiam quam tu scis,* AMO (n. 392).

388. Postulant subjunctivum cum *ut* vel *ne (ut ne)*:

1.° Verba *procurandi, faciendi, obtinendi* et similia.

Curo. (Cic. Att. 11. 3). Cura ne quid ei desit. *(Mira que no le falte nada)*.
Do operam. (Cic. Att. 1. 5). Da operam ut convalescas. *(Procura restablecerte)*.
Efficio *(conseguir)*. (Cic. Amic. 16). Efficere ut jacentem animum excitet.
Facio. (Cic. Acad. 1. 2). Feci ut essent nota nostris. *(Hice que los nuestros lo conociesen)*.
Labōro. (Cic. Fam. 16. 4). Nihil laboro nisi ut salvus sis. *(No me preocupa sino tu salud)*.
Nitor *(esforzarse en que)*. (Sall. Cat. 13). Nitebantur ne in eum consuleretur.
Perficio. (Cic. Arch. 2). Perficiam ut putetis. *(Acabaré por persuadiros)*.
Pervinco *(alcanzar)*. (Liv. 37. 46). Pervicerunt ut tenerent terram.
Prospicio *(mirar)*. (Cic. Verr. 3. 58). Prospicere debemus ut pueritia munita sit.
Provideo *(proveer)*. (Cic. Att. 13. 3). Provide ne quid ei desit.
Studeo *(desear)*. (Caes. B. G. 7. 14). Studendum ut pabulatione prohibeantur.

2.° Verba *orandi, hortandi, compellendi, praecipiendi*.

Addūco *(impeler)*. (Cic. Tusc. 5. 32). Adducis me ut tibi assentiar.
Censeo. (Caes. B. C. 1. 67). Censebant ut noctu iter facerent. *(Eran de parecer que anduviesen de noche)*.
Cogo *(obligar)*. (Cic. de Orat. 3. 3). Coactus est ut vita se ipse privaret.
Decerno *(decretar)*. (Cic. ad Brut. 1. 1 5). Decrevi ut nomen inscriberetur.
Edīco *(ordenar)*. (Cic. Pis. 17). Consul edicit ut senatus ne obtemperet.

Hortor *(exhortar)*. (Cic. Fam. 9. 14). Quid est quod te horter, ut gloriae servias?
Impello *(impeler)*. (Cic. N. D. 1. 1). Quae causa nos impulit ut haec litteris mandaremus.
Moneo *(avisar)*. (Cic. Fam. 1. 1). Monere aliquem ut fugiat infamiam.
Postŭlo *(pedir)*. (Cic. Att. 10. 1). Postulat ut apelletur tyrannus.
Precor *(rogar)*. (Cic. Mur. 1). Precatus sum ut res prospere eveniret.
Praecipio *(ordenar)*. (Cic. Amic. 16). Praecipiendum fuit ut dii gentiam adhiberemus.
Statuo *(determinar)*. (Cic. Phil. 2. 38). Statuitur ne sit Creta provincia.
Suadeo *(persuadir)*. (Cic. Prov. Con. 42). Ut sibi essem legatus suasit.
Impĕro *(mandar)*. (Liv. 28. 33). Scipio imperat Laelio ut circumducat equites.

N. B. *Jubeo* et *veto* vix subjunctivum admittunt (n. 380. 7.°).

3.° Verba voluntatis.

Auctor sum. (Cic. Att. 15. 5). Mihi ut absim auctor est. *(Me aconseja que me vaya)*.
Caveo. (Cic. Fam. 3. 12). Cave ne cui suspicionem des. *(Procura no dar que sospechar)*.
Concēdo *(conceder)*. (Cic. Planc. 3). Tibi concedo ut Plancum defendas.
Legem fero *(dar ley)*. (Cic. in Senat. 5). Legem tulit ne auspiciis obtemperaretur.
Permitto *(permitir)*. (Cic. de Orat. 2. 90). Quis Antonio permisit ut partes faceret?
Volo *(querer)*. (Cic. Vatin. 7). Volo uti mihi respondeas.

N. B. Cum verbis *volendi, consiliandi, permittendi, suadendi* et *fac*, si brevis sit loquutio, saepe omittitur conjunctio. *Dic veniat—Fac valeas—Velim dicas—Cave hoc facias*, etc.

4.° Post verba *timendi*, ut *timeo, metuo, vereor, timor* vel *metus est*, vel *incĭdit, pavor capit, periculum est*, etc., adhibetur subjunctivus cum *ut* vel *ne non (ne nihil, ne nemo, ne nullus)*, si cupimus rem evenire; at si rem minime optamus, cum *ne*. (Cic. Fam. 14. 2). *Omnes labores te excipere video: timeo* UT *sustineas*. (Temo no podrás llevarlos). (Cic. Caec. 28). *An timebant* NE *superare* NON *possent?* (Que no podrían vencer). (Liv. 24. 42). *Pavor ceperat milites,* NE *mortiferum esset vulnus Scipionis* [413].

N. B. 1.° Hispane *vereor ut* est «temo que no,» *vereor ne* potest esse «temo que» vel «que no.» Aliquando omittitur *que*. (Vide Bello n. 983).

N. B. 2.° Si *vereor* et *timeo* significant *non audere*, poscunt infinitum: v. gr. *Vereor* DICERE (Conf. n. 380 et 381).

§ II. Subjunctivus cum ne, quominus, quin

389. α) Verba et loquutiones *impediendi*, ut *impedio, prohibeo, obsto, recūso*, etc., amant subjunctivum cum *ne* vel *quominus;* si vero antecedit negatio vel interrogatio, assumunt *quin*, aliqua etiam *quominus*.

Caveo *(guardarse)*. (Cic. Fam. 3. 12). Cavebam ne cui suspicionem darem.
Contineo. (Ter. Eun. 5. 2. 20). Vix me contineo quin involem. *(Apenas puedo dejar de ir)*.
Impedio *(impedir)*. (Cic. Sen. 17). Nec impedit quominus studia teneamus. (Cic. Sull. 33). Impedior dolore ne plura dicam.
Deterreo. (Cic. Att. 11. 8). Neque te deterreo quominus disputes. *(No te aparto de disputar)*.
Interdīco *(prohibir)*. (Cic. Divin. 1. 30). Interdictum erat ne faba vescerentur.
Intercēdo *(interceder)*. (Liv. 38. 60) Non intercedere quominus potestate utatur.
Obsto. (Nep. Milt. 3). Obstitit ne res conficeretur. *(Impidió que se acabase esto)*. (Cic. N. D. 1. 34). Quid obstat quominus sit beatus? *(¿Qué es lo que impide que sea feliz?)*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Prohibeo *(prohibir).* (Cic. Fam. 12. 5). Hiemem credo prohibuisse quominus haec fierent.
(Cic. Divin. 10). Quod potuisti prohibere ne fieret.

Recūso *(rehusar).* (Nep. Hannib. 12). Recusavit ne id postularent.
(Caes. B. G. 4. 7). Neque recusare quin armis contendant.
(Cic. Fin. 1. 3). Neque recusabo quominus mea legant.

Sto. (Caes. B. C. 1. 41). Per Afranium stabat quominus dimicaretur. *(Afranio tenía la culpa de que no se pelease).*

Teneor. (Cic. Fam. 16. 24). Ego vix teneor quin accurram. *(Me cuesta el dejar de ir).*

β) Verbis *dubitandi* et *omittendi*, praecedente negatione, jungitur *quin* cum subjunctivo; item loquutionibus *paulum* vel *nihil abest, fieri non potest, nihil est causae, deesse mihi nolo*, etc. (Cic. Att. 1. 5). NON DUBITO QUIN *tibi quoque id molestum* SIT. (Id. Att. 12. 26). *Facere* NON POSSUM QUIN *quotidie ad te* MITTAM. (No puedo menos de escribirte cada día). (Id. Fam. 5. 12). *Deesse mihi* NOLUI QUIN *te* ADMONEREM. (Caes. B. G. 1. 3). NON ERAT DUBIUM QUIN *plurimum* POSSENT. (Liv. 42. 44). HAUD MULTO ABFUIT QUIN INTERFICERETUR.

N. B. 1.° Verba dubitandi, maxime sine negatione, saepe habent infinitum vel pertinent ad propositiones interrogativas (n. 402. N. B. 2.°).

N. B. 2.° Interrogatio aequivalet negationi: v. gr. (Caes. B. G. 7. 38). *An dubitamus* QUIN *Romani jam ad nos interficiendos* CONCURRANT?

N. B. 3.° *Non possum quin* cum subjunctivo, idem est ac *non possum non* cum infinito.

ARTICULUS III. VERBA CUM INDICATIVO VEL SUBJUNCTIVO

390. Verba quae animi sensum significant ut *gaudium, moerorem, admirationem*, praeter infinitum admittunt *quod*, raro *quia* cum indicativo vel conjunctivo. (n. 382 et 394. N. B. 2.°).

Doleo *(dolerse).* (Caes. B. G. 5. 52). Tantum se deperdidisse dolebant.
(Cic. ad Brut. 1. 17). Dolet mihi quod stomacharis.

Gaudeo *(gozarse).* (Cic. Amic. 4). Quem esse natum nos gaudemus.
(Cic. Leg. 3. 1). Gaudeo quod te interpellavi.

Gratŭlor *(felicitar).* (Cic. Fam. 15. 14). Tibi gratulor quod te laus prosequuta est.

Aegre fero. (Cic. Tusc. 3. 61). Aegre fero quod acciderit. *(Siento que haya sucedido).*

Indignor *(indignarse).* (Caes. B. G. 7. 19). Indignantes quod conspectum hostes ferre possent.
(Caes. B. C. 3. 108). Indignari coepit regem evocari.

Irascor *(airarse).* (Ovid. Met. 6. 269). Irascens quod ausi essent hoc superi.

Laetor *(alegrarse).* (Cic. Rosc. Am. 47). Quae perfecta esse laetor.
(Cic. Phil. 11. 4). In hoc est laetatus, quod ea faceret.

Miror *(maravillarse).* (Cic. de Orat. 2. 14). Mirari desine hunc posse.
(Cic. Arusp. resp. 22). Miror quod hominem violari patiuntur.

Moereo *(entristecerse).* (Cic. Q. F. 1. 3). Moereo quod tibi dolorem affert.

Piget *(tener pesar).* (Sall. Orat. Phil. contra Lep.). Piget recta facere.

Poenĭtet *(arrepentirse).* (Cic. Orat. 2. 19). Me non dicisse minus poenitet.
(Att. 7. 3). Ipsi poenitendum puto, quod de sententia discesserit.

Pudet *(avergonzarse).* (Cic. N. D. 1. 39). Pudet me dicere.

Queror *(quejarse).* (Cic. Att. 13. 2). Queritur a discipulis abesse.
(Cic. Acad. 4. 25). Non quereretur quod parum videret.

Succenseo (Plaut. Pers. 3. 3. 26). Id tibi succensui quia negabas. *(Me enfadé contigo porque lo negabas).*

Facio gratum. (Cic. Att. 2. 4). Fecisti mihi pergratum, quod librum misisti. *(Mucho me complaciste en enviarme el libro).*

391. Verba *laudandi, vituperandi, accusandi, damnandi* postulant *quod* cum indicativo vel subjunctivo significante causam laudis, etc. (Cic. Att. 3. 12). *Tu me accusas*, QUOD *me* AFFLICTEM. (n. 394. N. B. 2.°).

392. Indicativo cum *quod* exprimitur objectum alicujus judicii, quod in primaria oratione saepe innuitur ope demonstrativi, adverbii vel adjectivi. Huc recidunt illa: *Commode accidit quod..., bene facis quod..., fecisti mihi gratum quod..., accedit quod..., illud mihi occurrit quod..., ille maxime floruit quod..., quod si, nisi* (ad transitionem). (Cic. Att. 13. 21). *Accedit enim* QUOD *patrem* AMO. (Id. Att. 8. 3). *Omitto* ILLA *vetera*, QUOD *istum in rempublicam ille* ALUIT, AUXIT, ARMAVIT. (Id. de Or. 1. 8). Hoc *uno praestamus vel maxime feris*, QUOD COLLOQUIMUR *inter nos.* (Id. Fam. 1. 6). *Me in summo dolore maxime scilicet consolatur spes*, QUOD *valde* SUSPICOR, *fore ut infringatur hominum improbitas* (1).

N. B. Haec constructio usurpatur, quum rem de qua judicium fertur, certo evenire significamus; at si in genere loquamur, infinitus locum habet (n. 379. 3.°): v. gr. *Crimen est vincire civem romanum.* (Es un crimen atar á un ciudadano romano). *Crimen est quod vincis civem romanum.* (Estás cometiendo un crimen atando á un ciudadano romano).

CAPUT XIV

DE MODIS IN PROPOSITIONE SUBJECTA

393. N. B. Propositiones nomen a cogitatione quam referunt, mutuantur. Itaque in *causales, finales, consequutivas, condicionales, comparativas, quantitativas, concessivas, temporales, relativas* et *interrogativas* tribui solent; quae omnes certis quibusdam conjunctionibus, fere etiam relativo efferuntur.

§ I. PROPOSITIONES CAUSALES

394. *Causa* vel ratio illa quam reddimus α) vel est VERA (i. e. realiter existens), β) vel FALSA.

α) Causa VERA indicativo exprimitur, praeeuntibus conjunctionibus: 1.° *quod, quia* (porque); 2.° *quoniam, quandoquidem, siquidem, quippe,*

(1) Haec ne interpreteris per hispanum *porque*; sed vel per conjunctionem *que*, vel per alias loquutiones: v. gr. *Nos aventajamos á las fieras en que conversamos entre nosotros. Haces bien en....* Has porro orationes, itemque illas quae n. 387 continentur, vocant nonnulli propositiones *declarativas*.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Prohibeo *(prohibir).* (Cic. Fam. 12. 5). Hiemem credo prohibuisse quominus haec fierent.
(Cic. Divin. 10). Quod potuisti prohibere ne fieret.

Recūso *(rehusar).* (Nep. Hannib. 12). Recusavit ne id postularent.
(Caes. B. G. 4. 7). Neque recusare quin armis contendant.
(Cic. Fin. 1. 3). Neque recusabo quominus mea legant.

Sto. (Caes. B. C. 1. 41). Per Afranium stabat quominus dimicaretur. *(Afranio tenía la culpa de que no se pelease).*

Teneor. (Cic. Fam. 16. 24). Ego vix teneor quin accurram. *(Me cuesta el dejar de ir).*

β) Verbis *dubitandi* et *omittendi*, praecedente negatione, jungitur *quin* cum subjunctivo; item loquutionibus *paulum* vel *nihil abest, fieri non potest, nihil est causae, deesse mihi nolo*, etc. (Cic. Att. 1. 5). NON DUBITO QUIN *tibi quoque id molestum* SIT. (Id. Att. 12. 26). *Facere* NON POSSUM QUIN *quotidie ad te* MITTAM. (No puedo menos de escribirte cada día). (Id. Fam. 5. 12). *Deesse mihi* NOLUI QUIN *te* ADMONEREM. (Caes. B. G. 1. 3). NON ERAT DUBIUM QUIN *plurimum* POSSENT. (Liv. 42. 44). HAUD MULTO ABFUIT QUIN INTERFICERETUR.

N. B. 1.° Verba dubitandi, maxime sine negatione, saepe habent infinitum vel pertinent ad propositiones interrogativas (n. 402. N. B. 2.°).

N. B. 2.° Interrogatio aequivalet negationi: v. gr. (Caes. B. G. 7. 38). *An dubitamus* QUIN *Romani jam ad nos interficiendos* CONCURRANT?

N. B. 3.° *Non possum quin* cum subjunctivo, idem est ac *non possum non* cum infinito.

ARTICULUS III. VERBA CUM INDICATIVO VEL SUBJUNCTIVO

390. Verba quae animi sensum significant ut *gaudium, moerorem, admirationem*, praeter infinitum admittunt *quod*, raro *quia* cum indicativo vel conjunctivo. (n. 382 et 394. N. B. 2.°).

Doleo *(dolerse).* (Caes. B. G. 5. 52). Tantum se deperdidisse dolebant.
(Cic. ad Brut. 1. 17). Dolet mihi quod stomacharis.

Gaudeo *(gozarse).* (Cic. Amic. 4). Quem esse natum nos gaudemus.
(Cic. Leg. 3. 1). Gaudeo quod te interpellavi.

Gratŭlor *(felicitar).* (Cic. Fam. 15. 14). Tibi gratulor quod te laus prosequuta est.

Aegre fero. (Cic. Tusc. 3. 61). Aegre fero quod acciderit. *(Siento que haya sucedido).*

Indignor *(indignarse).* (Caes. B. G. 7. 19). Indignantes quod conspectum hostes ferre possent.
(Caes. B. C. 3. 108). Indignari coepit regem evocari.

Irascor *(airarse).* (Ovid. Met. 6. 269). Irascens quod ausi essent hoc superi.

Laetor *(alegrarse).* (Cic. Rosc. Am. 47). Quae perfecta esse laetor.
(Cic. Phil. 11. 4). In hoc est laetatus, quod ea faceret.

Miror *(maravillarse).* (Cic. de Orat. 2. 14). Mirari desine hunc posse.
(Cic. Arusp. resp. 22). Miror quod hominem violari patiuntur.

Moereo *(entristecerse).* (Cic. Q. F. 1. 3). Moereo quod tibi dolorem affert.

Piget *(tener pesar).* (Sall. Orat. Phil. contra Lep.). Piget recta facere.

Poenĭtet *(arrepentirse).* (Cic. Orat. 2. 19). Me non dicisse minus poenitet.
(Att. 7. 3). Ipsi poenitendum puto, quod de sententia discesserit.

Pudet *(avergonzarse).* (Cic. N. D. 1. 39). Pudet me dicere.

Queror *(quejarse).* (Cic. Att. 13. 2). Queritur a discipulis abesse.
(Cic. Acad. 4. 25). Non quereretur quod parum videret.

Succenseo (Plaut. Pers. 3. 3. 26). Id tibi succensui quia negabas. *(Me enfadé contigo porque lo negabas).*

Facio gratum. (Cic. Att. 2. 4). Fecisti mihi pergratum, quod librum misisti. *(Mucho me complaciste en enviarme el libro).*

391. Verba *laudandi, vituperandi, accusandi, damnandi* postulant *quod* cum indicativo vel subjunctivo significante causam laudis, etc. (Cic. Att. 3. 12). *Tu me accusas*, QUOD *me* AFFLICTEM. (n. 394. N. B. 2.°).

392. Indicativo cum *quod* exprimitur objectum alicujus judicii, quod in primaria oratione saepe innuitur ope demonstrativi, adverbii vel adjectivi. Huc recidunt illa: *Commode accidit quod..., bene facis quod..., fecisti mihi gratum quod..., accedit quod..., illud mihi occurrit quod..., ille maxime floruit quod..., quod si, nisi* (ad transitionem). (Cic. Att. 13. 21). *Accedit enim* QUOD *patrem* AMO. (Id. Att. 8. 3). *Omitto* ILLA *vetera*, QUOD *istum in rempublicam ille* ALUIT, AUXIT, ARMAVIT. (Id. de Or. 1. 8). Hoc *uno praestamus vel maxime feris*, QUOD COLLOQUIMUR *inter nos.* (Id. Fam. 1. 6). *Me in summo dolore maxime scilicet consolatur spes*, QUOD *valde* SUSPICOR, *fore ut infringatur hominum improbitas* (1).

N. B. Haec constructio usurpatur, quum rem de qua judicium fertur, certo evenire significamus; at si in genere loquamur, infinitus locum habet (n. 379. 3.°): v. gr. *Crimen est vincire civem romanum.* (Es un crimen atar á un ciudadano romano). *Crimen est quod vincis civem romanum.* (Estás cometiendo un crimen atando á un ciudadano romano).

CAPUT XIV

DE MODIS IN PROPOSITIONE SUBJECTA

393. N. B. Propositiones nomen a cogitatione quam referunt, mutuantur. Itaque in *causales, finales, consequutivas, condicionales, comparativas, quantitativas, concessivas, temporales, relativas* et *interrogativas* tribui solent; quae omnes certis quibusdam conjunctionibus, fere etiam relativo efferuntur.

§ I. PROPOSITIONES CAUSALES

394. *Causa* vel ratio illa quam reddimus α) vel est VERA (i. e. realiter existens), β) vel FALSA.

α) Causa VERA indicativo exprimitur, praeeuntibus conjunctionibus: 1.° *quod, quia* (porque); 2.° *quoniam, quandoquidem, siquidem, quippe,*

(1) Haec ne interpreteris per hispanum *porque*; sed vel per conjunctionem *que*, vel per alias loquutiones: v. gr. *Nos aventajamos á las fieras en que conversamos entre nosotros. Haces bien en....* Has porro orationes, itemque illas quae n. 387 continentur, vocant nonnulli propositiones *declarativas*.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

utpŏte (puesto que), raro *ut;* quae fere causam certam cognitamque significant. (Cic. Fam. 2. 5). QUOD ABES *gratulor: vel* QUIA *non* VIDES *ea quae nos, vel* QUOD *excelso et illustri loco sita* EST *laus tua.* (Id. Verr. 2. 4. 53). *Quae urbs,* QUIA *postrema* AEDIFICATA EST, *Neapolis nominatur.* (Id. Planc. 82). QUONIAM *tu* VIS, *nimium me gratum esse concedam.* (Id. Par. 6). *Tute posse dicito,* QUANDOQUIDEM POTES. (Id. Fam. 9. 12). *Gratulor Bajis nostris,* SIQUIDEM, *ut scribis, salubres repente* FACTAE SUNT. (Id. Dom. 121). *Jam fateor, inquit, in Gabinium me nefarium fuisse;* QUIPPE VIDES.

Quod et *quia,* si explicatur alienum judicium, vel proprium quidem, sed historice, subjunctivo adhaerent. (Cic. Sen. 13). *Bene enim majores nostri accubationem epularem amicorum,* QUIA *vitae conjunctionem* HABERET, *convivium nominarunt.* (Id. Tusc. 5. 36). *Quid? Aristides nonne ob eam causam expulsus est patria,* QUOD *praeter modum justus* ESSET? (Id. Off. 1. 13). *Quum enim Hannibalis permissu exisset de castris, rediit paulo post,* QUOD *se oblitum nescio quid* DICERET. (Id. Tusc. 2. 3). *Itaque mihi academiae consuetudo, placuit* QUOD ESSET *ea maxima dicendi exercitatio.*

Dicemus ergo:

Dolebant { *se contemni* (de facto). / *quod contemnebantur* (ut ego censeo). / *quod contemnerentur* (ut ipsi censebant).

N. B. 1.° *Quum* causale subjunctivum semper habet, licet causa sit realis; respondetque gerundiis hispanis *ando* et *habiendo.* (Cic. Rosc. 38). *Quum solitudo et vita sine amicis insidiarum et metu plena* SIT (puesto que está llena), *ratio ipsa monet amicitias comparare.* (id. Fam. 15. 7). *Sum totus vester et esse debeo,* QUUM *praesertim matris tuae studia* PERSPEXERIM.

N. B. 2.° Huc referri possunt verba quae animi sensum significant, *laudandi, accusandi,* etc. (n. 390 et 391).

N. B. 3.° *Quippe, utpote* quandoque adhibentur sine verbo: v. gr. (Cic. Fin. 1. 6). *Sol Democrito magnus videtur,* QUIPPE HOMINI ERUDITO. Adjunguntur passim causalibus *quod, quia, quoniam,* etc., accipiuntque modum harum conjunctionum: v. gr. (Ter. Heaut. 3. 2). *Ego vero laudo,* QUIPPE QUIA *magnarum saepe id remedium aegritudinum* EST.

β) Causa FALSA subjunctivo exprimitur, habetque particulas *non (nemo* etc.) *quod, non quo* (no porque), *non (nihil) quin* (no porque no), adhibitis saepe in altera propositione *sed quod, verum quia* cum indicativo. (Cic. Tusc. 2. 23). *Pugiles jactandis caestibus ingemiscunt,* NON QUOD DOLEANT *animove* SUCCUMBANT, SED QUIA *perfundenda voce omne corpus* INTENDITUR, VENITQUE *plaga vehementior.* (Id. Fam. 12. 17). NON QUO *de tua constantia* DUBITEM, SED QUIA *mos* EST *ita rogandi, rogo.* (Id. de Or. 3. 14). NEMO *oratorem admiratus est,* QUOD *latine* LOQUERETUR. (Id. Att. 7. 26). *Ego me ducem in civili bello negavi esse,* NON QUIN *rectum* ESSET, SED QUIA, *quod multo rectius fuit, id mihi fraudem* TULIT.

N. B. Dicitur etiam: *non quo-sed ut (sed ne).* (Cic. Att. 7. 15). *Ad te litteras dedi,* NON QUO HABEREM *magnopere quod scriberem,* SED UT LOQUERER *tecum absens.*

§ II. PROPOSITIONES FINALES

395. Propositiones quae significant *finem,* semper postulant conjunctivum. In affirmativis frequentissima est particula *ut;* utemur *quo* si adsit comparativum; in negativis fere usurpatur *ne,* emphatice *ut ne,* raro *ut non* (in coordinatione *neve, neu).* (Vid. n. 455). (Cic. Cluent. 53). *Legum idcirco omnes servi sumus,* UT *liberi esse* POSSIMUS. (Id. de Or. 2. 30). *Ager novatur et iteratur,* QUO MELIORES *foetus* POSSIT *et* GRANDIORES *edere.* (Id. Verr. 6. 32). *Quid vis nobis dare, isti* NE AUFERANTUR *abs te?* (Id. Caecil. 7). *Ecquis umquam tam palam de honore contendit, quam Verres* UT NE *haec mihi delatio* DETUR?

N. B. 1.° Saepius dicitur *ne quis, ne quando,* quam *ne aliquis, ne aliquando.*

N. B. 2.° *Quo* adhibetur raro sine comparativo, et significat *para que por este medio.* (Cic. Leg. 2. 26). *In funeribus Atheniensium sublata erat celebritas virorum ac mulierum,* QUO *lamentatio minueretur.*

§ III. PROPOSITIONES CONSEQUUTIVAE

396. Illae sunt quae *consequentiam* vel effectum significant. Adhibent *ut* in affirmatione, *ut non* in negatione, et semper postulant subjunctivum. In propositione principali fere praecedit pronomen demonstrativum *hic, is, talis, tantus, ejusmodi, tot,* vel adverbia *sic, ita, tam, tantum, tantopere, tolies,* vel adjectiva *dignus, aptus.* (Cic. Brut. 15). *Neque tamen* IS *sum,* UT *mea me maxime* DELECTENT. (Id. Off. 1. 40). TALIS *est ordo actionum adhibendus,* UT *in vita omnia* SINT *apta inter se et convenientia.* (Id. Off. 3. 11). TANTA *vis est honesti,* UT *speciem utilitatis* OBSCURET. (Id. Off. 2. 15). *Nec* ITA *claudenda est res familiaris,* UT *eam benignitas aperire* NON POSSIT; *nec* ITA *reseranda,* UT PATEAT *omnibus.* [400].

N. B. 1.° Consequentia necessaria post loquutionem negativam effertur per *ut non, quin* (sin que). (Cic. Man. 7). *Ruere illa* NON *possunt,* UT *haec* NON *eodem labefactata motu* CONCIDANT. (id. ib.). NON *enim possunt una in civitate multi rem atque fortunas amittere,* UT NON *plures secum in eamdem calamitatem* TRAHANT. (id. Brut. 88). *Hortensius* NULLUM *patiebatur esse diem,* QUIN *aut in foro* DICERET, *aut* MEDITARETUR *extra forum.*

N. B. 2.° Ad consequutivas pertinet *quam ut* post comparativa. (Cic. de Or. 3. 6). *Hoc est* ALTIUS, QUAM UT *nos humi strati suspicere* POSSIMUS.

N. B. 3.° Regulis consequutionis temporum (n. 403 et seqq.) non subjiciuntur. (Cic. Att. 1. 14). *Tanti* FUERUNT, *ut ego eo brevior* SIM, *quod eos usque istinc exauditos putem.*

§ IV. PROPOSITIONES CONDICIONALES [414]

397. Periodus *hypothetica* triplex esse potest: α) *realis,* β) *potentialis,* γ) *ficta.* Conjunctiones praecipuae sunt: *si* (si), *nisi* (si no).

α) *Realis* illa est, quae habet condicionem realem, id est, quae ab auctore

enuntiatur tamquam posita in praeterito, vel in praesenti, vel ponenda in futuro. Utrinque habet indicativum, et junguntur fere tempora similia hoc modo:

Hoc si dicis, erras=Yerras, si dices esto.

Hoc si dixisti, erravisti=Erraste, si dijiste esto.

Hoc si dices (saepius *si dixeris*), *errabis*=Errarás, si dices esto.

(Cic. Phil. 7. 6). *Si pace frui* VOLUMUS, *bellum* GERENDUM EST. (Id. Rosc. 37). *Si nihil aliud* FECERUNT, *nonne satis* FUIT *his gratias agi?* (Id. Off. 1. 28). *Naturam si* SEQUEMUR *ducem, numquam* ABERRABIMUS.

N. B. Tamen si subjectum propositionis subordinatae est *quis* vel secunda persona pro indefinita, in hac usurpatur subjunctivus. (Cic. Sen. 7). *Memoria minuitur, nisi eam* EXERCEAS. (id. Amic. 12). *Turpis est excusatio, si* QUIS *contra rempublicam se amici causa fecisse* FATEATUR (Cf. n. 374. 3.° N. B. 3.°).

β) *Potentialis* est, quae habet condicionem possibilem, qualis solet adhiberi in comparationibus. Postulat *praesens* vel *perfectum* subjunctivi.

Hoc si dicas, erres=Si dijeres esto, errarás.

Hoc si dixeris, erraveris=Si hubieres dicho esto, habrás errado.

(Cic. Amic. 3). *Ego si Scipionis desiderio me moveri* NEGEM, MENTIAR. (Id. Off. 3. 25). *Si gladium quis apud te sana mente* DEPOSUERIT, REPETAT *insaniens; reddere* PECCATUM SIT, *officium non reddere.*

N. B. Raro ponitur perfectum in utraque oratione. (Cic. Fam. 15. 8). *Gratum mihi* FECERIS, *si Juniae* ERIS GRATULATUS. In modesta affirmatione usurpatur etiam perfectum in principali (Cf. n. 374. 2.° N. B. 1.°).

γ) *Periodus ficta* est, quae exprimit condicionem impossibilem. Postulat *imperfectum* vel *plusquamperfectum* subjunctivi.

Hoc si diceres, errares=Si dijeses esto, errarías.

Hoc si dixisses, erravisses=Si hubieses dicho esto, errarías.

(Cic. Att. 8. 15). *Plura* SCRIBEREM, *si ipse* POSSEM. (Cic. Caecil. 5). *Sicilia tota, si una voce* LOQUERETUR, *hoc* DICERET. (Id. Rosc. 6). *Quas inimicitias si Roscius cavere* POTUISSET, VIVERET.

N. B. 1.° Si tamen in propositione principali est verbum quod significet *posse* aut *debere*, vel aliud verbum cum adverbio *paene*, aut conjugatione periphrastica, usurpatur indicativus, manente subjunctivo in subordinata. (Cic. Phil. 2. 38). *Omnibus eum contumeliis onerasti, quem patris loco, si ulla in te pietas* ESSET, *colere* DEBEBAS. (id. Leg Man. 17). *Si Romae Cn. Pompejus privatus* ESSET *hoc tempore, tamen ad tantum bellum is* ERAT *diligendus.* (Liv. 2. 10). *Pons sublicius iter paene hostibus* DEDIT, *ni unus vir* FUISSET *Horatius Cocles.* (Cic. Mil. 22). *Hos* NISI MANUMISISSET, *tormentis etiam* DEDENDI FUERUNT. (id. Verr. 3. 52). RELICTURI *agros omnes* ERANT, NISI *ad eos Metellus Roma litteras* MISISSET (Cf. n. 375).

N. B. 2.° Adhibetur in pr maria oratione imperfectum vel plusquamperfectum indicativi, quum actio fere absoluta subito abrumpitur. (Tac. Ann. 1. 65). CIRCUMVENIEBATUR, *ni prima legio sese opposuisset.* (Virg. Aen. 2. 54). *Si mens non laeva fuisset,* IMPULERAT. (Cf. n. 476. 1.°) [52].

398. ALIAE PARTICULAE CONDICIONALES

1.° *Sin* (pero si, mas si). (Cic. Cat. 1). *Hunc mihi timorem eripe: si verus, ne opprimar;* SIN *falsus, ut tandem aliquando timere desinam.*

2.° *Si non, si minus* (si no) habent fere post se affirmantem propositionem cum *at tamen, at certe* (al menos). (Cic. Mil. 34). SI *mihi republica bona frui* NON *licuerit,* AT *carebo mala.* (id. Fam. 5 16). *Stutui adhibere aliquam modicam consolationem, quae levare dolorem tuum posset,* SI MINUS *sanare potuisset.*

3.° *Sin minus, si minus, sin aliter* (pero si no). (Cic. Att. 9. 15). *Si mihi veniam Caesar dederit, utar condicione;* SIN MINUS, *impetrabo aliquid a me.* (id. Att. 13. 1). *Si hortos inspexeris, dederis mihi quod ad te scribam;* SI MINUS, *scribam tamen aliquid.* (id. Fam. 11. 14). *Si ita est, omnia faciliora;* SIN ALITER, *magnum negotium.*

4.° *Dummŏdo* (con tal que) affirmativa, et negativae *dummŏdo ne, dum ne, modo ne* (con tal que no) postulant conjunctivum. (Cic. Att. 7. 7). *Quod numquam,* DUMMODO *otiosi* ESSENT, *recusarunt.* (id. Q. Fr. 1. 1). *Sit summa in jure dicendo severitas,* DUMMODO NE *ea* VARIETUR *gratia.*

5.° *Si modo, si tamen, siquĭdem* saepe aequivalent praecedentibus, et postulant indicativum vel subjunctivum, prout sit condicio realis vel possibilis. (Cic. Fam. 10. 11). *Omnia ei obsequia polliceor,* SI MODO *rempublicam respicere* VOLET. (id. Cat. 2. 4). *O fortunatam rempublicam,* SIQUIDEM *hanc sententiam hujus urbis* EJECERIT.

§ V. PROPOSITIONES COMPARATIVAE, QUANTITATIVAE ET CONCESSIVAE

399. Actio potest esse α) REALIS, vel β) POSSIBILIS; in priore habent indicativum, in altera subjunctivum.

α) Actio REALIS.

1.° Propositiones *comparativae* habent in propositione subordinata *ut* vel *uti, ac, atque, sicut, velut, quam, quemadmŏdum, qualis:* in principali vero, *ita, perinde, item, pariter, aliter, contra, secus, alius, idem, par, similis, contrarius.* (Cic. Verr. 6. 9). *Fecisti* ITEM, UTI *praedones* SOLENT. (Id. Mil. 11). *Haec* SICUT EXPOSUI, ITA *gesta sunt.* (Id. Tusc. 5. 2). *Philosophia non* PERINDE AC *de hominum* EST *vita merita, laudatur.* (Id. Dom. 46). CONTRA QUAM PROPOSUERAM *disputabo.* (Id. Fam. 1. 9). *Non* ALIUS *essem,* ATQUE *nunc* SUM.

N. B. *Ut* sine correlativo *ita* nonnumquam usurpatur. (Cic. Senec. 4). *Multae in Catone,* UT *in homine romano, litterae.* (Por lo que se puede esperar de un romano).

2.° Propositiones *quantitativae* habent *quam* post comparativa, *supra quam, ultra quam, praeterquam quod, nisi quod.* (Cic. Fam. 5. 15). *Praestitimus enim patriae non* MINUS *certe* QUAM DEBUIMUS, PLUS *profecto* QUAM EST POSTULATUM. (Id. Inv. 1. 18). *Exordium longum est, quod* PLURIBUS *verbis,* ULTRA QUAM *satis* EST, *producitur.* (Id. Div. 2. 13). *Id,* PRAETERQUAM QUOD *fieri non* POTUIT, *ne fingi quidem potest.* (Id. Fam. 13). *Cum Patrone Epicureo mihi omnia communia sunt,* NISI QUOD *in philosophia vehementer ab eo* DISSENTIO.

N. B. Loquutio hispana *no hacer otra cosa que* sequente infinito, ita exprimitur: *nihil aliud facere nisi*, sequente verbo in eadem voce, modo et tempore verbi *facio*. (Cic. Syll. 35). *Nihil aliud* AGEREM, *nisi eum* DEFENDEREM. (No haria otra cosa que defenderle). (Cic. Rosc. Am. 37). NIHIL ALIUD FECERUNT, NISI *rem* DETULERUNT. (No hicieron más que dar cuenta del hecho).

3.° Propositiones *concessivae* habent *quamquam*, *etsi*, *tametsi*, *etiamsi*. (Cic. Fam. 5. 1). ETSI *mihi numquam* FUIT *dubium*, *quin tibi essem carissimus; tamen quotidie magis id perspicio*. (Cic. Fam. 12. 25). *Rempublicam tuebimur*, QUAMQUAM *admodum* SUMUS *jam defatigati*. (Id. Fam. 6. 8). ETSI ABEST *maturitas aetatis, jam tamen personare aures ejusmodi vocibus non est inutile*. (Id. Att. 2. 4). *Facito ut sciam*, TAMETSI *nimis* SUM *curiosus*. (Id. de Opt. Gen. Or. 2). ETIAMSI EST *in genere tolerabili; certe non est in optimo*. (Id. Fam. 5. 13). QUAMQUAM *ipsa consolatio litterarum tuarum mihi gratissima* EST, *tamen illum fructum ex iis litteris vel maximum cepi*. (Id. Att. 8. 12). *Id enim*, ETSI ERAT *deliberationis, tamen obire non potui*. (Id. Sext. Rosc. 17). *Quod*, TAMETSI *miserum et indignum* EST, *feret tamen aequo animo*. [411].

β) Actio POSSIBILIS.

1.° *Comparativae* assumunt easdem particulas cum *si* vel *quasi*; loco *si* vel *quasi* ponitur quandoque *ac*, *tamquam*, *velut*. (Cic. Fam. 2. 14). *Ejus negotium sic velim cures*, UT SI ESSET *res mea*. (Id. Verr. 5. 19). *Atque haec* PERINDE *loquor*, QUASI *in eo* SIT *iniquitas ejus* REPREHENDENDA. (Id. Balb. 3). *Non* CONTRA AC LICERET, *factum diceretur; sed* CONTRA ATQUE OPORTERET. (Id. Verr. 6. 22). *Neque enim ita se gessit in his rebus*, TAMQUAM *rationem aliquando* ESSET REDDITURUS; *sed* ITA, QUASI *reus numquam* ESSET FUTURUS.

2.° *Quantitativae* habent *extra quam si*, *praeterquam si* et alias etiam, ubi rem possibilem demonstramus. (Cic. Inv. 56). *Addat exceptionem hanc:* EXTRA QUAM SI *quis reipublicae causa exercitum non* TRADIDERIT.

3.° *Concessivae* efferuntur ope *quamvis* (saepe sine verbo), *licet*, *etiamsi*, *ut*, *ut ne* in negatione, *quum*, *nedum*. (Cic. Phil. 2. 16). *Homines*, QUAMVIS *in turbidis rebus* SINT, *tamen, si modo homines sunt, interdum animis relaxantur*. (Cic. Phil. 4. 4). QUAMVIS *impii nefariique* SINT, *sicut sunt, dissentire possunt*. (Id. Rosc. Am. 16). *Quasi vero mihi difficile sit*, QUAMVIS MULTOS *nominatim proferre*. (Id. ib. 11). LICET *hercule undique omnes in me terrores* IMPENDEANT, *succurram atque subibo*. (Cic. Amic. 27). *Omnia brevia tolerabilia esse debent*, ETIAMSI *magna* SINT. (Id. Att. 8. 3). *Qui autem erit locus nobis tutus*, UT *placatis* UTAMUR *fluctibus?* (Id. Tusc. 2. 5). NE SIT *sane summum malum dolor; malum certe est*. (Caes. B. G. 5. 40). *Ipse Cicero*, QUUM *tenuissima valetudine* ESSET, *ne nocturnum qui-*

dem sibi tempus ad quietem relinquebat. (Cic. Dom. 24). *In scelere religio non valeret*, NEDUM VALEAT *id*.

N. B. Nec particulae illae, quae hujus paragraphi priore parte recensentur, subjunctivum omnino respuunt, maxime quum rem possibilem aut minime factam demonstrant. (Cic. Fam. 6. 4). ETSI *id ipsum nonnullis* VIDEATUR *secus*. (Sall. Jug. 3). QUAMQUAM *et* POSSIS, *et delicta* CORRIGAS, *tamen importunum est* [412].

§ VI. PROPOSITIONES TEMPORALES

400. Quadruplex dari potest temporis relatio: actio enim propositionis secundariae vel α) SIMUL exercetur ac principalis, vel β) est PRIOR, vel γ) POSTERIOR, vel δ) ITERATA.

α) ACTIO SIMULTANEA his particulis effertur: *quum*, *dum*, *quamdiu*, rarius *quando*, *quo tempore*. Semper adhibetur indicativus; et quidem *dum* requirit praesens pro imperfecto hispano, quoties non respondet adverbio *quamdiu*. (Cic. Off. 2. 22). *Male se res habet*, QUUM, *quod virtute effici debet*, INTENTATUR *pecunia*. (Id. Verr. 2. 5. 62). *Caedebatur virgis civis romanus*, QUUM *interea nullus gemitus* AUDIEBATUR. (Id. Fam. 3. 8). *Tu*, QUUM *istiusmodi sermones ad te* DELATI *de me* SUNT, *non debuisti credere*. (Id. Fam. 14. 3). QUUM *inimici nostri venire* DICENTUR, *tum in Epirum ibo*. (Id. Caecil. 17). *Ita*, DUM *pauca mancipia Agonis retinere* VULT, *fortunas omnes perdidit*. (Caes. B. G. 1. 46). DUM *haec in colloquio* GERUNTUR, *Caesari nuntiatum est*. (Mientras se trataba etc....). (Cic. N. D. 2. 9). *Qui (motus)* QUAMDIU REMANET *in nobis, tamdiu sensus et vita remanet*.

N. B. 1.° *Quum* historicum (quo scilicet successio factorum et nexus significatur) postulat imperfectum conjunctivi. (Cic. Att. 4. 3). QUUM *sacra via* DESCENDEREM, *insequutus est me cum suis*. (Caes. B. G. 1. 22). *Prima luce*, QUUM *summus mons a T. Labieno* TENERETUR, *ipse ab hostium castris non longius mille et quingentis passibus* ABESSET, *neque aut ipsius adventus aut Labieni cognitus* ESSET, *Considius equo admisso ad eum accurrit* (Nep. Reg. 2). *Pyrrhus*, QUUM *Argos oppidum* OPPUGNARET *in Peloponneso, lapide ictus interiit*.

N. B. 2.° Post loquutiones *est, erit, fuit (tempus, aetas, dies), quum* fere habet subjunctivum. (Cic. Mil. 26). ERIT, ERIT *illud profecto* TEMPUS, *et* ILLUCESCET *aliquando ille* DIES, QUUM *tu gravissimi hominis fidem* DESIDERES.

β) PRIORI ACTIONI significandae inserviunt: 1.° *postquam*, *posteaquam* (después que), *ut*, *ut primum*, *ubi primum*, *quum primum*, *simul ac* vel *atque* (luego que, tan pronto como) cum perfecto indicativi vel presenti historico: 2.° *quum* historicum (después que, habiendo....) cum plusquamperfecto subjunctivi (1). (Cic. Rosc. Am. 6). POSTEAQUAM *victoria* CONSTI-

(1) Hinc et ex dictis in α) N. B. 1.° intelliges, quod passim in libris dicitur, gerundia hispania (quae *andos* et *habiendos* appellant) esse efferenda per *quum* cum subjun-

TUTA EST, *ab armisque* RECESSIMUS, *erat Roscius Romae frequens.* (Id. Att. 2. 11). *Relegatus mihi videor,* POSTEAQUAM *in Formiano* SUM. (Id. Att. 7. 15). UT *ab urbe* DISCESSI, *nullum praetermisi diem.* (Id. Fam. 10. 13). UT PRIMUM *potestas* DATA EST *augendae dignitatis tuae, nihil praetermisi in te ornando.* (Id. Att. 4. 1). QUUM PRIMUM *Romam* VENI, *nihil prius faciendum mihi putavi.* (Id. Verr. 3. 13). SIMUL AC *Verri occasio* DATA EST, *consulem deseruit.* (Id. Som. Scip. 1). QUUM *in Africam* VENISSEM, *nihil mihi potius fuit.* (Nep. Mil. 4). *Darius,* QUUM *ex Europa in Asiam* REDISSET, *classem comparavit.* [65. 400].

N. B 1.° *Postquam, posteaquam* nonnunquam admittunt plusquamperfectum. (Sall. Jug. 102). POST *diem quintum* QUAM *iterum barbari male* PUGNAVERANT, *legati a Bocco veniunt.*

N. B. 2.° Cum verbis *rogandi* et *interrogandi quum* saepe habet imperfectum pro plusquamperfecto. (Cic. de Rep. 3. 9). QUUM *Alexander a quodam archipirata* QUAERERET, *quo scelere impulsus mare haberet infestum, inquit.* (Como preguntase....). Hispane hoc saepe fit etiam in aliis verbis.

γ) ACTIO propositionis secundariae, quae CONSEQUITUR tempus propositionis principalis, postulat: 1.° *quum* (inversum) cum perfecto indicativi vel praesenti historico; accedente frequenter *subito, repente,* in primaria vero *vix, jam, aegre, nondum;* 2.° *antequam, priusquam,* (antes que), rarius *dum, quoad, donec* (hasta que) cum indicativo (vel cum subjunctivo in re sperata vel intenta); sed in his plusquamperfectum et futurum imperfectum supplentur ope perfecti et futuri perfecti. (Cic. de Or. 2. 21). VIX *annus intercesserat,* QUUM *iste* ACCUSAVIT *Norbanum.* (Liv. 29. 7). *Hannibal* JAM *subibat muros,* QUUM REPENTE *in eum* ERUMPUNT *Romani.* (Sall. Jug. 98. 2). JAMQUE *dies consumptus erat,* QUUM *tamen barbari nihil* REMITTERE, *atque acrius* INSTARE. (Cic. Att. 2. 17). ANTEQUAM *tuas* LEGI *litteras, rem differri cupiebam.* (Id. de Or. 3. 143). *Numquam conquiescam, neque defatigabor,* ANTEQUAM *illorum vias rationesque disputandi* PERCEPERO. (Id. Att. 16. 15). *His de rebus constituere nihil possum,* PRIUSQUAM *te* VIDERO. (Id. Mil. 10). *Milo in senatu fuit eo die,* QUOAD *senatus* DIMISSUS EST. (Ter. Eun. 206). *Expectabo* DUM VENIT. (Cic. Som. Scip. 1). ANTEQUAM *ex hac vita* MIGRO, *conspicio in meo regno Publium Scipionem.* (Cic. Att. 7. 1). *Expecta* DUM *Atticum* CONVENIAM. [401].

δ) ACTIO ITERATA requirit: 1.° *quoties* cum omnibus indicativi temporibus; 2.° *ubi, simul atque, quum* (siempre que) cum perfecto vel plusquamperfecto indicativi. (Cic. Fam. 4. 5). QUOTIESCUMQUE *filium tuum*

ctivo: haec enim gerundia, si recte adhibentur, significant tempus quod immediate praecedit vel comitatur actionem primariam (Cf. Bello. n. 446 vel Isaza. cap. 36). (Vide etiam. n. 63).

VIDEO, *polliceor ei studium quidem meum.* (Virg. Aen. 12. 485). QUOTIES *oculos* CONJECIT *in hostem,—Aversos toties currus Juturna retorsit.* (Cic. de Or. 3. 16). QUUM *fortuna* REFLAVIT, *affligimur.* (Siempre que nos es adversa la fortuna...). (Id. N. D. 1. 38). SIMUL AC *mihi* COLLIBITUM EST, *praesto est imago.*

§ VII. PROPOSITIONES RELATIVAE

401. Propositio relativa habet α) indicativum β) vel subjunctivum.

α) Habet indicativum:

1.° Si relativum est *declarativum,* i. e. si solum addit aliquam determinationem qualitatis, loci, etc. (Cic. Rosc. 44). *In quem haec dicam? Non in eum* QUEM VIS *et* PUTAS. (Id. Att. 6. 9). *Spero,* QUAE *tua prudentia et temperantia* EST, *te jam ut volumus, bene valere.* (Tal es tu prudencia y templanza). (Id. de Rep. 2. 4). *Omnes* QUI *tunc eos agros,* UBI *hodie* EST *haec urbs,* INCOLEBANT.

2.° Si continet limitationem realem, sequente *quidem, modo, etiam,* et quotiescumque adhibetur *quantum.* (Cic. Br. 17). *Catonem vero, quis nostrorum oratorum,* QUI QUIDEM *nunc* SUNT, *legit?* (Id. de Or. 1. 21). *Ego,* QUANTUM AUGUROR *conjectura, non despero fore aliquem.*

3.° Quum relativum geminatur vel assumit *-cumque.* (Cic. Bab. Post. 8). QUOQUO *consilio* FECIT, *fecit certe suo.* (Virg. Aen. 1. 391). QUISQUIS ES, *haud, credo, invisus coelestibus auras-Vitales carpis.* (Cic. Att. 14. 1). QUIDQUID ERIT, *scribes.* (Id. Fam. 2. 5). UBICUMQUE ES, *in eadem es navi.* (Id. Q. Fr. 1. 2). *P. Lentulus,* QUIDQUID HABUIT, QUANTUMCUMQUE FUIT, *id totum habuit a disciplina.* (Id. Brut. 39). *Nos autem non desistebamus quum omni genere exercitationis, tum maxime stilo, nostrum illud augere,* QUANTUMCUMQUE ERAT (1).

β) Habet subjunctivum:

1.° Quum causam significat. (Cic. Arch. 10). *O fortunate adolescens,* QUI *tuae virtutis Homerum praeconem* INVENERIS! (Id. Som. Scip. 1). *Me et de via, et* QUI *ad multam noctem* VIGILASSEM, *arctior quam solebat, somnus complexus est.*

N. B. Habet etiam indicativum nonnumquam, maxime quum de re nota sermo est. (Cic. Senec. 14). *Habeoque senectuti magnam gratiam,* QUAE *mihi sermonis aviditatem* AUXIT, *potionis et cibi* SUSTULIT.

(1) *Cuicui* etiam invenitur pro *cujuscujus.* (Cic. Att. 3. 22). *Tu modo ad me velim omnia quam diligentissime,* CUICUIMODI SUNT, *scribas.* (id. Tusc. 5. 41). *Ubi melius uti possumus hoc,* CUICUIMODI EST, *otio?* [16].

2.° Quum exprimit finem. (Cic. Verr. 1. 29). *Venerat ipse,* QUI ESSET *in consilio, et primus sententiam* DICERET. (Cic. Arch. 6). *Quia suppeditat nobis,* UBI *et animus ex hoc forensi strepitu* REFICIATUR, *et aures convicio defessae* CONQUIESCANT. (Cic. N. D. 12). *Homini natura rationem dedit,* QUA REGERENTUR *animi appetitus.*

3.° Quum aequivalet propositioni consequutivae, maxime post pronomina *talis, tantus, ejusmodi, is,* vel adjectiva *dignus, indignus, idoneus, aptus.* (Cic. Dom. 34). *Non sum* TAM *insolens,* QUI *Jovem esse me* DICAM. (Id. Fam. 1. 8). Is *ego sum,* CUI *maxime* CONCEDANT *omnes.* (Id. Att. 8. 3). *In* EA *causa, in* QUA *nullus* ESSET *ordinum, nullus apertus privatorum dolor.* (Id. Sex. Rosc. 13). *Nefarium facinus atque* EJUSMODI, QUO *uno maleficio scelera omnia complexa esse* VIDEANTUR.

N. B. Huc potest reduci relativum post loquutiones *est, sunt, extitit,* etc.... *nemo est, quis est? quotus est?* etc.; ut sit consequutiva in qua particula vel pronomen propositionis principalis omittatur. (Cic. Tusc. 1. 19). SUNT QUI *discessum animi a corpore* PUTENT *esse mortem.* (id. Cat. 4. 12). *Nonnulli* SUNT *in hoc ordine,* QUI *aut ea, quae imminent, non* VIDEANT, *aut ea, quae vident,* DISSIMULENT. (id. Att. 1. 13). QUOTUS *enim* QUISQUE EST, QUI *epistolam paulo graviorem ferre* POSSIT?

4.° Quum condicionali respondet. (Cic. N. D. 2. 4). *Haec* QUI VIDEAT, *nonne cogatur confiteri deos esse?*

5.° Nonnumquam in limitatione cum *quidem, modo;* item *quod, quoad.* (Cic. Brut. 17). *Refertae sunt orationes amplius centum quinquaginta,* QUAS QUIDEM *adhuc* INVENERIM *aut* LEGERIM, *et verbis et rebus illustribus.* (Id. de Or. 2. 22). *Antiquissimi fere sunt,* QUORUM QUIDEM *scripta* CONSTENT, *subtiles, acuti, breves.* (Id. Brut. 48). *Omnium quidem oratorum,* QUOS QUIDEM *ego* COGNOVERIM, *aculissimum judico Q. Sertorium.* (Id. Fam. 4. 2). *Tu,* QUOD *tuo commodo* FIAT, *quam primum velim venias.* (Id. Fam. 3. 2). *Si eam,* QUOAD EJUS *facere* POTUERIS, *quam expeditissimam mihi tradideris.*

N. B. *Quin* praecedente negatione ponitur nonnumquam pro *qui non.* (Cic. Verr. 2. 36. 88). *Repertus est* NEMO, QUIN *mori diceret satius esse.*

§ VIII. PROPOSITIONES INTERROGATIVAE

402. Interrogatio potest esse α) SIMPLEX et β) COMPOSITA.

Utraque est *directa,* si est independens, *obliqua* vero, si est dependens.

Prior divisio definit quaenam particulae sint usurpandae, altera vero quinam modus adhibendus. Utrumque exhibent subjectae tabulae.

α) SIMPLEX
- *Directa*
  - Si exspectes affirmationem, adhibebis *nonne* cum indicativo.
  - Si exspectes negationem, adhibebis *num (numquid, numne)* cum indicativo.
  - Si neque aff. exspectes neque neg., adhibebis *ne* encliticum cum indicativo.
- *Obliqua* Usurpabis easdem particulas cum subjunctivo.

(Cic. Verr. 7. 148). NONNE *ita* EST? (Id. de Or. 1. 9). *In Numa Pompilio* NUM *quod eloquentiae vestigium* APPARET? (Id. Tusc. 5. 6. 1). VISNE, *o Democle, fortunam experiri meam?* (Cic. Tusc. 5. 35). *Quum esset ex eo quaesitum, Archelaum Perdiccae filium* NONNE *beatum* PUTARET? (Id. Att. 12. 8). *Scire velim* NUMQUID *necesse* SIT *esse Romae?* (Id. Rep. 6. 14). *Quaesivi* VIVERETNE *ipse?*

N. B. 1.° *An* ponitur pro *ne.* (Ter. Eun. 4. 5. 7). AN *abiit jam a milite?—An* vel *an vero,* pro *num.* (Cic. Mil. 12). AN VERO, *judices, vos soli ignoratis?*

N. B. 2.° Usurpatur etiam *an* in obliqua post verba *dubito, nescio, haud scio,* vel post adjectiva *dubius, nescius.* (Cic. Brut. 33). *Cajus Gracchus, si diutius vixisset, eloquentia nescio* AN HABUISSET *parem neminem* (n. 389. β. N. B. 1.°).

β) COMPOSITA
- *Disjunctiva* (es esto ó aquello?)
  - *Directa: utrum-an, anne* cum indicativo
  - *Obliqua:* » » cum subjunctivo
- *Contradictoria* (es esto ó no?)
  - *Directa:* nulla partic. vel *utrum, ne—an non* cum indicativo.
  - *Obliqua:* nulla partic. vel *utrum, ne—necne* cum subjunctivo.

(Cic. Fam. 7. 13). UTRUM *te superbiorem* FACIT *pecunia,* AN *quod te imperator consulit?* (Id. Fam. 1. 7). *Multum interest* UTRUM *laus* IMMINUATUR, AN *salus* DESERATUR. (Ter. Phorm. 1. 3). *Pater ejus* REDIIT AN NON? (Cic. Rosc. 1. 17). *Quaero* POTUERITNE *Roscius ex societate partem suam petere,* NECNE?

N. B. 1.° In interrogatione directa saepe omittitur verbum: v. gr. *Quid? quid vero?* (qué? pero qué?) *Quid deinde? quid tum?—Quid ergo? quid igitur? quid enim?* (y qué?)—*Quid? quod.... quid? si....* (ut ad rem vehementiorem transeamus).—*Quid multa? quid plura?* (para qué más?).

N. B. 2.° *Cur* usurpatur tum in *directa,* tum in *obliqua: quare quamobrem* raro in directa.—Por qué no...? est *cur* cum indicativo. *Cur non venisti?*—Por qué no? (no hay razón para que no) est *quidni* cum subjunctivo. *Quidni possim?*

N. B. 3.° Si exprimitur dubitatio, etiam in *directa* usurpatur subjunctivus. (Ter. Adelph. 5. 2. 288). *Quid ego nunc* AGAM? (Vid. n. 373).

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

CAPUT XV

DE CONSEQUUTIONE TEMPORUM ET ORATIONE OBLIQUA

ARTICULUS I. Consequutio temporum

403. 1.° Praesens et futurum propositionis principalis requirunt praesens in subordinata, si hujus actio simul exerceatur; perfectum, si praecedat: v. gr.

Video, videbo, videro, quid facias.
Video, videbo, videro, quid feceris.

2.° Imperfectum, perfectum historicum et plusquamperfectum propositionis principalis adsciscunt sibi imperfectum in subordinata, ubi utraque simul peragitur actio; plusquamperfectum vero, si verbi principis actio praecedit: v. gr.

Videbam, vidi, videram, quid faceres.
Videbam, vidi, videram, quid fecisses.

404. Quod si verbum subjectum respectu principis verbi futurum tempus adsignificet, utemur praesenti vel imperfecto subjunctivi conjugationis periphrasticae pro futuro imperfecto activo: v. gr.

Scio, sciam, quid acturus s'is.
Sciebam, scivi, sciveram quid acturus esses.

(Cic. Att. 13. 9). *Ad quos dies* REDITURUS SIM, *scribam ad te.* (Id. Att. 2. 22). *Quid* ESSET FACTURUS, *scire possemus.*

Naturali vero conjugationi erit locus, si prius verbum sit *spero*, vel aliud ex quo plane eluceat propositionem subordinatam ad tempus futurum pertinere. (Cic. Fam. 14. 7). SPERAT, *posse fieri, ut mecum in Italiam* DECEDAT. (Id. Att. 9. 10). SPES *quaedam me oblentabat, fore ut aliquid* CONVENIRET, *potius quam aut hic tantum sceleris, aut ille tantum flagitii* ADMITTERET.

N. B. 1.° Perfectum logicum propositionis principalis censetur praesens; praesens vero historicum existimatur quandoque imperfectum. (Cic. Caecil. 3). *Quibus rebus adductus ad causam* ACCESSERIM, *demonstravi.* (Tengo ya demostrado). (Cic. Verr. 2. 4. 18). *Diodorus ad propinquum suum scribit, ut* RESPONDERET.

N. B. 2.° Tempus subordinatae secundi ordinis definitur a subordinata primi ordinis. (Cic. Att. 1. 5). *Testis erit tibi ipsa, quantae mihi curae* FUERIT, *ut Quinti fratris animus in eam* ESSET *is, qui esse deberet.*

N. B. 3.° Si ab infinito pendet subordinata, hujus tempus definitur a verbo finiti modi, quod suppletur a verbo infinito. (Cic. Leg. Man. 10). *Satis mihi multa verba* FECISSE *videor* (= feci), *quare hoc bellum* ESSET *necessarium.*

N. B. 4.° Propositiones consequutivae, ut dictum est n. 396. N. B. 3.°, consequutioni temporum per se non subjiciuntur.

Quum verbum princeps est praeteriti temporis, in subjecto autem rem exprimimus quae eodem tempore efficitur; tum imperfectum, tum etiam perfectum subjunctivi licet usurpare. Si imperfectum adhibeas, servabis temporum consequutionem; sin vero perfectum, rem cum praesenti tempore comparabis. (Cic. Fam. 7. 26). *Quum quidem biduum ita jejunus fuissem, ut ne aquam quidem* GUSTAREM. (id. Att. 2. 1). *Quod a me ita praecautum atque ita provisum est, non ut ego de optima illa mea ratione* DECEDEREM, *sed ut ille* ESSET *melior, et aliquid de populari levitate* DEPONERET. (id. Att. 1. 14). *Distinebar, ut huic vicæ tantulae epistolae tempus* HABUERIM. (id. Att. 4. 1). *Ad urbem ita veni, ut nemo ullius ordinis homo nomenclatori notus* FUERIT, *qui mihi obviam non venerit.*

ARTICULUS II. Oratio obliqua

405. Propositio principalis, quae aliquid narrat, habetque indicativum in loquutione directa, in obliqua requirit infinitum: v. gr. (Cic. Verr. 2. 5. 62). *Res ad Verrem defertur:* ESSE *civem romanum, qui se Syracusis in lautomiis fuisse quereretur: quem jam ingredientem in navem* RETRACTUM ESSE *et* ASSERVATUM. (loq. dir. *Erat civis romanus, qui querebatur).*

406. Propositiones imperativi vel subjunctivi, quae exprimunt *mandatum, consilium, precem, exhortationem*, quum efferuntur loquutione obliqua, amant subjunctivum sine *ut*, si affirmant: quae vero negant, subjunctivum cum *ne*. (Liv. 7. 6). *Moesti patres fremunt:* IRENT, CREARENT *consules ex plebe.* (loq. dir. *Eant, creent).*

407. Subjunctivum etiam postulant propositiones quae pendent a verbo infiniti vel subjunctivi, ejusque sunt complementum. (Cic. Fam. 2. 6). *Non dubitavi id a te petere, quod mihi* ESSET *omnium maximum maximeque necessarium.* (Nisi verbum esset dependens: *Id a te petii, quod mihi erat...).* (Id. Or. 44). *Mos est Athenis laudari eos, qui* SINT *in proeliis interfecti.* (Id. Amic. 4). *Recordatione nostrae amicitiae sic fruor, ut beate vixisse videar, quia cum Scipione* VIXERIM.

408. Periodus hypothetica 1.ae et 2.ae formae in obliqua oratione habet propositionem principalem in subjunctivo vel infinitivo, et servat regulas consequutionis temporum; unde fit, ut quandoque 3.ae formae speciem induat.

Oratio obliqua	Oratio recta
(Cic. Att. 2. 22). (Pompejus) vehementer egit, quum diceret, in summa se perfidiae et sceleris infamia FORE, SI mihi periculum CREARETUR ab eo, quem ipse armasset, quum plebejum fieri passus esset; sed fidem recepisse sibi et ipsum et Appium de me; hanc SI ille non SERVARET, ita LATURUM, ut omnes intelligerent, nihil sibi antiquius amicitia nostra fuisse.	. . . . . In summa perfidiae et sceleris infamia ERO, SI illi (Ciceroni) periculum CREABITUR ab eo, quem ipse armavit quum plebejum fieri passus sum; sed fidem recepistis mihi et ipse et Appius de illo (Cicerone); hanc SI non SERVABITIS, ita FERAM, ut omnes intelligant nihil mihi antiquius amicitia nostra fuisse.

409. Periodus 3.ae formae pendens a particulis quae postulant subjunctivum vel in obliqua interrogatione, plusquamperfectum propositionis principalis vocis activae mutat in perfectum conjugationis periphrasticae; at si verbum est vocis passivae, vel caret participio in *rus*, servatur plusquamperfectum.

Hoc si dixisses, erravisses.—*Non dubito* QUIN, SI *hoc* DIXISSES, ERRATURUS FUERIS.

Hoc si dixisses, reprehensus esses.—*Non dubito* QUIN, SI *hoc* DIXISSES, REPREHENSUS ESSES.

Hoc si dixisses, te poenituisset.—*Non dubito* QUIN, SI *hoc* DIXISSES, *te* POENITUISSET.

(Liv. 2. 1). *Non ambigitur* QUIN *Brutus id* FACTURUS FUERIT, SI *regnum alicui* EXTORSISSET. (Id. 22. 32). *Adeo inopia est coactus Hannibal,* UT, NISI *tum fugae speciem abeundo* TIMUISSET, *Galliam* REPETITURUS FUERIT.

N. B. Verba quae possibilitatem aut debitum significant, saepe ponuntur in perfecto; at si pendent ab aliquo tempore praeterito, tum haec verba, tum alia, imperfectum vel plusquamperfectum possunt retinere. (Caes. B. G. 5. 47). VERITUS NE, SI *ex hibernis fugae similem profectionem* FECISSET, *hostium impetus sustinere non* POSSET.

410. Si verbum, a quo pendet periodus, requiret infinitum, imperfectum propositionis principalis migrabit in futurum, plusquamperfectum vero efferetur per participium in *rus* et *fuisse* in verbis activis aut deponentibus, per *futurum fuisse ut* cum imperfecto subjunctivi in verbis passivis.

Hoc si diceres, errares.—EXISTIMO *te, si hoc* DICERES, ERRATURUM ESSE.

Hoc si dixisses, erravisses.—EXISTIMO *te,* SI *hoc* DIXISSES, ERRATURUM FUISSE.

Hoc si dixisses, reprehensus esses.—EXISTIMO, SI *hoc* DIXISSES, FUTURUM FUISSE UT REPREHENDERERIS.

(Cic. Acad. 1). NUNTIATUM EST *nobis,* NISI *de via* FESSUS ESSET, *continuo ad nos* VENTURUM FUISSE. (Caes. B. G. 5. 29). *Titurius clamabat,* SI *Caesar* ADESSET, *neque Carnutes interficiendi Tasgetii consilium* FUISSE CAPTUROS (= *cepissent*), *neque Eburones tanta cum contemptione nostri ad castra* VENTUROS ESSE (= *venirent*). (Cic. Mil. 18). *Qui Clodium* NEGANT *eo die Romam,* NISI *de Cyro* AUDISSET, FUISSE REDITURUM. (Id. Tusc. 3. 28). DICEBAT *Theophrastus, hominum* SI *aetas* POTUISSET *esse longinquior,* FUTURUM FUISSE UT *omni doctrina eorum vita* ERUDIRETUR. (Caes. B. G. 3. 104). NISI *nuntii* ESSENT ALLATI, *existimabant plerique* FUTURUM FUISSE UTI *(oppidum)* AMITTERETUR.

N. B. 1.° Quod si tempus est imperfectum, fere utemur verbo interposito. (Cic. Fin. 1. 3). *Male,* CREDO, MERERER *de meis civibus, si ad eorum cognitionem divina illa ingenia transferrem.*

N. B. 2.° Verba possibilitatis aut debiti, et quae supino carent, plusquamperfectum subjunctivi in perfectum infiniti fere mutant. (Cic. Att. 14. 14). *Nonne meministi clamare te, omnia* PERIISSE, SI *Caesar funere* ELATUS ESSET? (id. Off. 1. 1). *Platonem existimo,* SI *genus forense dicendi tractare* VOLUISSET, *gravissime et copiosissime* POTUISSE *dicere.*

411. Interrogatio directa in oratione obliqua ita exprimitur:

α) Si verbum interrogandi est in 1.ª vel 3.ª persona, mutatur in infinitum.

β) Si est in 2.ª persona, transit in subjunctivum.

(Caes. B. G. 1. 14). *Quod si veteris contumeliae oblivisci vellet, num etiam recentium injuriarum memoriam deponere* POSSE? (loq. dir. *Etsi velim, num possum)?* (Liv. 7. 18). *Plebes contra fremit: Quid* SE VIVERE? (loq. dir. *Quid vivimus)?* (id. 1. 50). *An quidquam superbius* ESSE *(dicebant)?* (loq. dir. *An quidquam superbius est)?* (Caes. B. G. 1. 40). *(Eos incusavit) quid tandem* VERERENTUR? *aut cur de* SUA *virtute* DESPERARENT? (loq. dir. *Quid veremini? aut cur de mea virtute desperatis)?*

N. B. Ut vides, 1.ª persona in 3.am mutatur.

CAPUT XVI

DE PARTICIPIO

ARTICULUS I. De participiorum casibus

412. [366]. Participia eosdem habent casus, quos verba a quibus proficiscuntur. (Cic. Fam. 6. 14). *Semperque magis adversos rerum* EXITUS METUENS, *quam* SPERANS SECUNDOS. (Liv. 1. 33). *(Ancus) ingenti* PRAEDA POTITUS, *Romam redit.*

413. [369]. Participia praesentis interrogandi casu gaudent, quum fiunt nomina. (Cic. Att. 1. 19). *Boni cives* AMANTES PATRIAE. (Sall. Cat. 5). *Corpus* PATIENS INEDIAE, VIGILIAE, ALGORIS. (Cic. Planc. 5. 13). SITIENTEM *me* VIRTUTIS TUAE *deseruisti.* (id. Fam. 1. 5). *Neque prudentiorem esse judico, neque* AMANTIOREM TUI. (id. Fam. 16. 7). *Ad nos* AMANTISSIMOS TUI *veni.*

[367]. Participia passiva praeteriti temporis dativo gaudent, quum fiunt nomina. (Cic. Amic. 4). *Sperare videor, Scipionis et Laelii amicitiam notam* POSTERITATI *fore.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

N. B. 1.° Hujus generis sunt *notus, cognitus* (conocido), *perspectus, exploratus, compertus* (bien visto, averiguado), *optatus* (deseado), *dilectus* (amado), *spectatus* (conocido), *probatus* (aprobado), *acceptus, despectus, contemptus, neglectus* (despreciado), *auditus, visus*, et ex his composita, ut *incognitus, inauditus, invisus*. (Cic. Att. 11. 1). *Tua erga me* MIHI *perspectissima benevolentia*. (id. Acad. 1. 2. 17). CUI *possit exploratum esse de sua sanitate*. (id. Div. 3). *Quid est quod* SOCIIS *optatius esse possit*. (Plaut. Pers. 2. 1. 4). *Me equidem jam satis* TIBI *spectatum censueram esse*. (Liv. 1. 15). *Acceptissimus militum* ANIMIS. (Cic. Som. Scip. 3). *Nihil est* DEO *acceptius*. (Nep. 16. 1). *Pelopidas magis* HISTORICIS *quam* VULGO *notus est*.

N. B. 2.° Participia tum praesentis tum praeteriti temporis, quando adjectivorum naturam induunt, saepe accipiunt comparativa et superlativa. (Cic. Fam. 1. 5). AMANTIOR *tui*. (id. ib. 16. 7). AMANTISSIMUS *tui*. (id. Att. 6. 1). *Nihil illo regno* SPOLIATIUS, *nihil rege* EGENTIUS. [370] (1).

ARTICULUS II. ANOMALA PARTICIPII PRAETERITI SIGNIFICATIO [368]

414. *Exosus* (el que aborrece), *perosus* (el que aborrece mucho) forma sunt passiva, at significatione fere activa, et postulant accusativum. (Liv. 3. 34). *Plebs consulum* NOMEN PEROSA *erat*.

N. B. PERTAESUS IGNAVIAM *suam*, (cansado de su inacción) dixit Suetonius. (Caes. 7); LENTITUDINIS *eorum* PERTAESA, Tacitus (An. 15. 51).

415. *Caenatus* et *incaenatus*, *pransus* et *impransus* active significant; *juratus* et *potus* tum active tum passive. (Cat. RR. 156). *Cubet* INCAENATUS. (Váyase á la cama sin cenar). (Cil. Mil 21). *Adde inscitiam* PRANSI, POTI, *oscitantis ducis*. (Añádase la impericia del capitán bien comido y bebido y soñoliento). (id. de Cl. Or. 11). *Eo (sanguine tauri)* POTO. (Bebida la sangre del toro) (2).

N. B. Participia praeteriti non oriuntur fere a verbis neutris nisi impersonaliter, ut *ventum est*; nonnulla tamen ab ipsis passiva significatione proficiscuntur. (Cic. Att. 9. 12). EVIGILATA *consilia*. (Consejos muy pesados). (id. Sext. 38). *Morte* OBITA [120].

ARTICULUS III. DE PARTICIPIO IN *dus* [361-363]

416. Participia futuri in *dus* pro ablativo cum praepositione *a* vel *ab* saepissime dativum habent. (Cic. Or. 14). *Tria videnda sunt* ORATORI. (id. de Or. 1. 23). *Gerendus est* TIBI *mos adolescentibus*. (Debes condescender con los jóvenes).

(1) Quae participia comparentur usus te docebit. Ecce tamen nonnulla praeter allata. PRAESENTIS (Cic. Amic. 14) *appetentius*, (id. Tusc. 2. 24) *appetentissimus*. (Liv. 25. 38). *obedientior*, (id. 7. 13) *obedientissimus*. (Cic. Q. Fr. 1. 1) *patientior*, (id. Ligar. 8) *patientissimus*. (Cic. Pison. 26) *abundantior*, (id. de Orat. 2. 14) *abundantissimus*. PRAETERITI. (Cic. Fam. 6. 22) *desperatior*, (id. Verr. 2. 2. 41) *desperatissimus*, (ad Heren. 3. 15. *consideratior*, (Font. 12) *consideratissimus*. (Cic. Sen. 9) *contemptior*, (id. Fin. 2. 28) *contemptissimus*. Abundare videntur comparativis et superlativis participia praeteriti magis quam praesentis. Utriusque classis multa habes apud. Guardia-Wierzeyski. Gram. lat. 2. 1. 16.

(2) Sic etiam hispane *cenado, comido*, etc. Cf. Acad. 1. 7. Bello n. 1117. Nonell pag. 67.

417. Partipia futuri in *dus* eleganter adduntur verbis *do, loco, conduco, curo, habeo, trado, attribuo*, et aliis quae significant *commendare, sumere, relinquere*, etc. (Cic. Mur. 38). *Cui rempublicam cupio* TRADERE DEFENDENDAM. (A quien deseo entregar la república para que la defienda). (id. Cat. 4. 6). *Hic* ATTRIBUIT *nos* TRUCIDANDOS *Cethego, caeteros cives* INTERFICIENDOS *Gabinio, urbem* INFLAMMANDAM *Cassio, totam Italiam* VASTANDAM DIRIPIENDAM*que Catilinae*. (id. Fam. 1. 9). *Libros* CURABO *ad te* PERFERENDOS. (id. Phil. 9. 7). *Eam basim statuamque* FACIENDAM LOCENT. (Cf. n. 476. 4.°).

418. Verba intransitiva pro participio in *dus*, quo fere privantur, habent participiale in *dum*, quod impersonaliter usurpatur, ac saepissime dativum habet. (Liv. 33. 40). *Quousque* PROGREDIENDUM *fuerit* IPSIS.

N. B. 1.° Participiale in *dum*, praeter dativum, etiam casum sui verbi admittit. (Cic. Tusc. 2. 26). TUO *tibi* JUDICIO *est utendum*.

N. B. 2.° Nonnulla tamen verba intransitiva (123 et 127) ut *doleo, fruor, utor*, habent participium futuri in *dus*. (Cic. Fin. 1. 1). FRUENDA *etiam est (sapientia)*. (id. Fam. 12. 23). *Neque enim quae tu moderate fers a te non ulciscenda sunt, etiamsi non sunt* DOLENDA [120].

N. B. 3.° Prisci etiam verbis activis tribuebant participiale in *dum*, cui apponebant accusativum. (Lucr. 1. 112). *Aeternas quoniam* POENAS *in morte* TIMENDUM. Eruditius vero saeculum romanorum maluit participio passivo uti (Conf. n. 416), cui saepe, pro ablativo cum praepositione *ab*, dativum adjungebat graecorum more (Cf. 475. 6.°).

ARTICULUS IV. ABLATIVUS ABSOLUTUS [339]

419. Ablativus absolutus dicitur nomen substantivum vel pronomen personale positum in ablativo sine praepositione, adjuncto vel participio, vel substantivo vel adjectivo, et locum habens orationis interpositae. (Cic. Att. 14. 6). *Ad te scripsi,* APPOSITA SECUNDA MENSA. (id. de Cl. Or. 11). *Cautius historiam attingam,* TE AUDIENTE. (id. Fam. 1. 2). *Ne quid agi cum populo,* SALVIS LEGIBUS, *possit*. (id. Q. Fr. 1. 3). *Ut,* VIVO ME, *aliis indigeres*. (id. Leg. 1. 6). *Quod* AUCTORE TE *velle caepi,* ADJUTORE *assequar*. (id. Att. 5. 5). ISTA *(natura)* DUCE, *errari nullo pacto potest* (1).

(1) Loca solito plura congessimus, ut hujus ablativi tum natura, tum frequentissimus usus facile perspiciatur. Nam invenies in primo exemplo substantivum cum par-

420. Si substantivum, cum quo cohaeret appositum, ab aliquo verbo pendeat, vix locus erit ablativo absoluto. (Cic. Planc. 26). *Ego quum,* DECEDENS *e provincia, Puteolos forte venissem;* (non vero *decente me).* (id. Att. 21). EUNTI MIHI *Antium et gladiatores M. Metelli cupide* RELINQUENTI, *venit obviam tuus puer;* (non *eunte me...).*

N. B. Raro contrarium fit. (Cic. Phil. 11. 10). *Nemo erit qui credat,* TE INVITO, *provinciam tibi esse decretam;* (pro *tibi ineito provinciam esse decretam).*

421. Nonnumquam absolute ponitur participium praeteriti temporis sine nomine, cujus loco est oratio integra. (Liv. 31. 39). *Inde (consul) ad Pluvinam est progressus, nondum* COMPERTO, QUAM REGIONEM HOSTES PETISSENT. (De aquí partió el cónsul para Pluvina, no habiéndose averiguado todavía á qué parte se habían dirigido los enemigos) (1).

N. B. Eadem ratione adhibentur aliquando etiam adjectiva. (Liv. 28. 36). *Multi adnantes navibus,* INCERTO *prae tenebris,* QUID AUT PETERENT AUT VITARENT, *foede interierunt;* (pro *quum esset incertum....).*

CAPUT XVII

DE GERUNDIO ET SUPINO

ARTICULUS I. GERUNDIA ACTIVA [352-356]

422. Gerundia activa casus suorum verborum admittunt, ut *tempus est obliviscendi injuriam, ignoscendi inimicis, coercendi cupiditates, abstinendi maledictis.*

423. 1.° *Gerundium genitivi* additur substantivis ut *amor, causa, cupiditas, facultas, mos, ratio, studium, tempus,* etc. et adjectivis quae genitivum postulant, ut *cupidus discendi, insuetus navigandi,* etc. (Cic. Sen. 23). *Equidem efferor* STUDIO *patres vestros* VIDENDI. (id. de Orat. 2. 4). *Sum* CUPIDUS *te* AUDIENDI.

---

ticipio, in secundo pronomen cum participio; tertium continet substantivum cum adjectivo, quartum pronomen cum adjectivo, quintum duo substantiva, sextum denique pronomen cum substantivo. Similes prorsus et elegantissimas ad describendum loquutiones habet lingua hispana, quas vide apud Bello n. 1173-1180 et Nonell p. 236.

(1) Hujus generis sunt. (Tac. Ann. 2. 7) *audito;* (id. ib. 1. 46) *cognito;* (id. ib. 3. 14) *credito;* (id. ib. 2. 64) *nunciato;* (id. Hist. 2. 49) *explorato;* (Liv. 10. 36) *edicto;* et alia nonnulla.

2.° *Gerundium dativi* activae significationis raro reperitur; jungitur autem adjectivis aut verbis, quae dativum postulant, ut *utilis, bonus, operam do.* (Liv. 36. 10). *Ut nec triumviri* ACCIPIENDO, *nec scribae* REFERENDO SUFFICERENT.

3.° *Gerundium accusativi* additur praepositionibus *ob, inter,* praesertim vero *ad* post verba motus et adjectiva *aptus, expeditus, facilis, idoneus, paratus,* et horum similia. (Cic. Tusc. 3. 7). APTUS AD EXEQUENDUM *munus suum.* (id. de Cl. Or. 31). TRADUCTI *a disputando* AD DICENDUM. (Liv. 2. 20). INTER SPOLIANDUM *corpus hostis.* (Cic. Verr. 2. 2. 32). *A quo pecuniam* OB ABSOLVENDUM *acceperis.*

4.° *Gerundium ablativi* modo sine praepositione, modo cum praepositione *a* vel *ab, ex, de, in,* raro *cum* et *pro,* in oratione adhibetur. (Cic. Lig. 12). *Homines ad deos nulla re propius accedunt, quam salutem hominibus* DANDO. (Cic. de Cl. Or. 31). *Traducti* A DISPUTANDO *ad dicendum.* (id. Fam. 5. 18). *Summa voluptas* EX DISCENDO *capitur.* (id. Att. 9. 1). *Quid cogites* DE TRANSEUNDO *in Epirum, scire sane velim.*

N. B. Interdum scriptores, praesertim poetae, infinitum usurpant pro gerundio. (Caes. B. G. 7. 71). *Vercingetoriæ consilium capit, omnem ab se equitatum noctu* DIMITTERE; (pro *dimittendi).* (Cic. Topic. 1). *Sed jam tempus est, ad id quod instituimus* ACCEDERE; (pro *accedendi).* (Virg. Aen. 2. 10). *Amor casus* COGNOSCERE *nostros;* (pro *cognoscendi).*—Virg. Ecl. 7. 5). *Et cantare pares, et* RESPONDERE *parati;* (pro *ad respondendum).* (Ter. Phorm. 1. 2. 52). *Vultisne eamus* VISERE? (pro *ad visendum).*—(Virg. Geor. 1. 284). *Felix et* PONERE *vitem, et prensos* DOMITARE *boves;* (pro *in ponendis vitibus).* (Cf. n. 476. 2.° et 3.°).

ARTICULUS II. GERUNDIA PASSIVA [357-360]

424. Gerundia quae passionem significant (1), nullum post se casum admittunt. (Virg. Geor. 3. 454). *Alitur vitium, crescit-*

---

(1) Grammatici nonnulli (Madvig §. 418, Guardia et Wierzeyski 2. 3. 260. etc.) negant hujusmodi gerundia esse vere passiva: verum non visum est a sententia P. Alvari recedendum, quum plurima sint loca, in quibus recte gerundia illa, sive re vera sive specie tantum passiva, verbo passivo exponantur, cujus subjectum sit res vel persona ad quam gerundium referatur. (Nep. Att. 9). *Spes* RESTITUENDI *nulla erat* (i. e. *restitutionis* vel *fore ut restitueretur,* ut exponit Mavig loco citato). (Cic. Dom. 23). *Alteri pacatissimas gentes ad* DIRIPIENDUM *tradidisti* (i. e. ut *diriperentur).* (Cic. N. D. 2. 52). *Mollitos et oblimatos agros ad* SERENDUM *relinquit* (para sembrar, i. e. para ser sembrados); nam hispane sunt non paucae loquutiones cum infinito forma quidem activo, significatione autem passivo, ut *bueno de comer* vel *para comer.* (Cf. Nonell p. 117 et Bello n. 1105).

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

que TEGENDO; (estando encubierto). (Quint. 11. 2). *Ipsa (memoria)* EXCOLENDO *augetur.*

425. Gerundia quae accusativo gaudent, fere elegantius ita efferentur, ut gerundii casus maneat, servato tamen genere ac numero accusativi: v. g. *Pompejus studiosus fuit rempublicam defendendi; Pompejus studiosus fuit* REIPUBLICAE DEFENDENDAE. (Cic. Phil. 4. 1). *Princeps vestrae* LIBERTATIS DEFENDENDAE *fui.* (id. Fam. 2. 4). *Hoc quidquid attigi, non feci* INFLAMMANDI TUI *causa, sed* TESTIFICANDI AMORIS *mei.* (Liv. 2. 17). *Quod* VULNERIBUS CURANDIS, SUPPLENDOQUE EXERCITUI *satis esset.* (Cic. de Orat. 3. 33). *Plerique ad* HONORES ADIPISCENDOS *et ad* REMPUBLICAM GERENDAM *nudi veniunt atque inermes.* (Cic. Off. 1. 8). *Expetuntur divitiae ad* PERFRUENDAS VOLUPTATES. (Cic. Verr. 3. 3. 98). *Si ubertas in* PERCIPIENDIS FRUCTIBUS *fuit, consequitur vilitas in* VENDENDIS.

N. B. Licet sint verba passiva, respuunt tamen ablativum cum praepositione.

426. Gerundium genitivi nonnumquam admittit post se accusativum, maxime si hic accusativus adjectivum est vel pronomen. (Cic. Fin. 5. 15). *Ita nati factique sumus, ut et* AGENDI ALIQUID, *et* DILIGENDI ALIQUOS, *et referendae gratiae principia in nobis contineremus.*

N. B. 1.° Gerundia in *di* admittunt interdum per attractionem genitivum etiam multitudinis, saepe vero genitivos *mei, tui, sui, nostri, vestri, ejus.* (Cic. Inv. 2. 2). EXEMPLORUM *eligendi potestas.* (id. Phil. 5. 3). *Utrum M. Antonio facultas detur* AGRORUM CONDONANDI. Sic etiam dicemus: *Vos adhortandi causa* vel VESTRI ADHORTANDI *causa,* non vero *vestri adhortandorum* [354].

N. B. 2.° Constructionem passivam amat gerundium dativi, neque facile imitandi sunt, qui accusativum adjunxerunt. Gerundia etiam in *do* et *dum*, quibus additur praepositio, raro sequitur casus, dices enim *ad placandos deos*, non vero *ad placandum deos;* item fere semper, *in victore laudando*, non autem *in laudando victorem.*

ARTICULUS III. SUPINA [365-366]

427. Supinum in *um* cum casu vel sine casu amant verba quae motum adsignificant. (Ter. Phorm. 2. 4. 462). PERCONTATUM IBO. (id. Heaut. 3. 3. 26). ABI DEAMBULATUM. (Caes. B. G. 1. 2). *Aedui legatos ad Caesarem mittunt* ROGATUM AUXILIUM.

428. Supinum in *u* fere passivae significationis est sine casu, adhaeretque nominibus adjectivis *facilis, difficilis, optimus, turpis,* etc. et substantivis *fas, nefas, opus.* (Cic. Fam. 1. 7). *Quod scire vis,* DIFFICILE DICTU *est.* (id. Att. 7. 22). *Quod* OPTIMUM FACTU *videbitur facies.*

N. B. Post adjectiva *facilis, difficilis, jucundus* eodem sensu invenitur praepositio *ad* cum gerundio in *dum.* (Cic. de Or. 1. 49). *Verba* AD AUDIENDUM *jucunda.*

CAPUT XVIII

DE PRAEPOSITIONE (1)

§ I. In, sub, super, subter [389]

429. *In, sub, super, subter* modo accusativum, modo ablativum pro varia significatione postulant.

In accusativum amat 1.° cum verbis motus. (Cic. Sen. 11). *Venio* IN SENATUM *frequens.* (Id. Cat. 1. 8). IM EXILIUM *proficiscere.*

2.° Pro *erga*, ut *Brutus fuit pius* IN PATRIAM, *crudelis* IN LIBEROS.

3.° Pro *contra.* (Cic. in Sallust.). *Petulanter* IN UXOREM *et* FILIAM *meam invasisti.*

4.° Pro *per* seu *pro*, ut *commodare librum alicui* IN DIEM, IN MENSEM. (Cic. Cat. 1. 2). *Crescit* IN DIES *singulos hostium numerus.*

430. *In* ablativo gaudet 1.° quum *quies* aut aliquid fieri in loco significatur. (Cic. Leg. 1. 3). IN *viridi opacaque* RIPA *inambulantes.* (Id. Att. 11. 15). IN *hac* SOLITUDINE *careo omnium colloquio.*

2.° Quum ponitur pro *inter.* (Cic. Amic. 5). *Hoc primum sentio, nisi* IN BONIS *amicitiam esse non posse.*

N. B. *In* post verbum *dominor* ablativum vel accusativum habet, si referatur ad personas; ablativum tantum, si ad loca. (Cic. Tusc. 1. 30). *Vetat enim dominans ille* IN NOBIS *Deus, injussu hinc nos suo demigrare.* (Cic. Sen. 11). *Senectus honesta est, si usque ad extremum dominatur* IN SUOS. (Cic. Caecin. 25). *Nimia ista, quae dominatur* IN CIVITATE *potentia, in hoc solo genere quiescit.*

431. *Sub* fere accusandi casum postulat, 1.° quum tempus adsignificat, pro *paulo ante, circiter, per:* ut *sub vesperum, sub lucis ortum, sub idem tempus.* (Caes. B. G. 1. 28). *Pompejus* SUB NOCTEM *naves solvit.* (Liv. 22. 47). SUB *equestris* FINEM *certaminis coorta est peditum pugna.*

2.° Pro *post.* (Cic. Fam. 10. 16). SUB EAS (Lepidi litteras) *statim recitatae sunt tuae.*

(1) Varium usum significationemque praepositionum, scribit Alvarus n. 385, audiendis legendisque veterum scriptis discent paulatim adolescentes, quae si in unum locum congerantur, molestiam taediumque afferunt. Quare satius erit, et ad praesens institutum, et ad adolescentium institutionem, frequentiores hic adhibuisse; si quae vero gravior occurret difficultas, aliquem ex iis auctoribus consulito, qui haec subtilius tractarunt, ut Guardia-Wierzeyski 2. 2. n. 12. 13 et 14.—Campini vol. II. cap. 12.

3.° Cum verbis motus. (Cic. Font. 1). SUB *populi romani* IMPERIUM DITIONEM*que ceciderunt.*

At cum verbis quietis ablativum poscit. (Virg. Ecl. 7. 10). *Et, si quid cessare potes, requiesce* SUB UMBRA. (Cic. N. D. 2. 37). *Si essent, qui* SUB TERRA *semper habitavissent.*

432. *Super* accusativo servit 1.° quum praepositioni *subter* contraria est, sive cum motu sit, ut *tegula super caput cecidit:* sive cum quiete, ut (Cic. Leg. 2. 26). *Nam* (Demetrius) SUPER *terrae* TUMULUM *noluit quid statui, nisi columellam tribus cubitis ne altiorem.*

2.° Item quum significat *inter*. (Curt. 7. 4). *Bessus circumferri merum largius jubet, debellaturus* SUPER MENSAM *Alexandrum.*

433. Ablativo jungitur 1.° quum pro *de* ponitur. (Cic. Att. 6. 6). HAC SUPER RE *scribam ad te Rhegio.*

2.° Interdum cum verbo quietis, maxime apud poëtas. (Virg. Aen. 6. 204). *Sedibus optatis gemina* SUPER ARBORE *sidunt.* (Id. Ecl. 1. 81). FRONDE SUPER *viridi.*

434. *Subter* ferme accusandi casum poscit, sive quietis sive motus verbis adjungatur. (Cic. Tusc. 1. 10). *Plato iram in pectore, cupiditatem* SUBTER PRAECORDIA *locavit.*

N. B. Interdum, apud poëtas potissimum, ablativum habet. (Virg. Aen. 9. 514). *Ferre jurat* SUBTER *densa* TESTUDINE *casus.*

§ II. PRAEPOSITIONES SUO CASUI POSTPOSITAE [387]

435. *Versus* et *tenus* suo casui postponuntur. (Cic. Att. 16. 10). *Verti me a Minturnis* ARPINUM VERSUS. (Cic. Arat. 323). *Et Cepheus conditur ante* LUMBORUM TENUS. (Cic. Dejot. 13). *Quum* (Antiochus) TAURO TENUS *regnare jussus esset.*

436. *Cum* in his tantum semper postponitur: *mecum, tecum, secum, nobiscum, vobiscum:* nonnumquam in his, *quocum, quicum, quibuscum.*

§ III. PRAEPOSITIONES INTERPOSITAE

437. *De, in, inter, ob* et aliae nonnullae eleganter interponuntur interdum. (Cic. de Or. 1. 41). *Certis* DE *causis.* (Nep. Mil. 5). *Hoc* IN *tempore.* (Cic. de Cl. Or. 64). *Suos* INTER *aequales.* (Virg. Ecl. 1. 25). *Verum haec tantum alias* INTER *caput extulit urbes—Quantum lenta solent inter viburna cupressi.*

N. B. *Inter, circum* interdum apud poëtas postponuntur. (Virg. Aen. 1. 37). *Maria omnia* CIRCUM.

Apud oratores aut vix aut raro admodum. (Cic. Amic. 22). *Si quos* INTER *societas aut est, aut fuit, aut futura est.*

Neque enim *inter si quos,* neque *si inter quos* recte eo loco dici posse videbatur: alioqui semper praeit.

§ IV. PRAEPOSITIONES IN ADVERBIUM VERSAE [390]

438. Praepositio, quum casu privatur, in adverbium migrat. (Cic. Att. 4. 17). *Tu adventare et* PROPE *adesse jam debes.* (Id. Flac. 23). *Haec, pecunia tota recuperata est multis* POST *annis.* (Id. N. D. 2. 59). *Sensibus et anima ea, quae* EXTRA *sunt, percipimus.*

N. B. Hujus generis sunt *ante, contra, citra, circum, circiter, extra, intra, infra, post, prope, pone, ultra, usque* et aliae nonnullae.

§ V. A, ab, abs QUIBUS LITTERIS PRAEPONANTUR [388]

439. *A* consonantibus praeponitur. (Cic. Phil. 3. 13). A *tergo,* A *fronte,* A *lateribus tenebitur.*

Ab praeponitur 1.° vocalibus. (Cic. Att. 1. 15). *Effice, ut* AB *omnibus et laudemur et amemur.*

2.° Nonnullis etiam consonantibus. (Cic. Cluent. 59). AB *nullo ille liberalius quam a Cluentio tractatus est.* (Id. Att. 5. 17). *Qui* (Dejotarus filius) *rex* AB *senatu appellatus est.*

Praecipue *l, r* et *j* praeponitur, ut *ab legatis, ab romanis, ab Jove.*

Abs praeponitur litteræ *t* et interdum *q*. (Ter. Andr. 3. 2. 12). *O Dave, itane contemnor* ABS *te?* (Id. Adelph. 2. 2. 1). ABS *quovis homine, quum est opus, beneficium accipere gaudeas.*

N. B. Historici, praecipue Livius, liberius utuntur praepositione *ab. Ab classe, ab Carthagine, ab dictatore, ab Gallia, ab Servio, ab Tarquiniis, etc.* Quae passim imitanda non videntur, nisi in historia.

CAPUT XIX

DE CONSTRUCTIONE ADVERBII

§ I. NOMINATIVUS POST ADVERBIUM [392]

440. *En, ecce* nominandi vel accusandi casum admittunt. (Cic. Verr. 2. 4. 66). *Ecce nova* TURBA *atque* RIXA. (Id. Dejot. 6). *En* CRIMEN, *en* CAUSA. (Id. Fin. 2. 30). *Ecce miserum* HOMINEM.

Apponitur et dativus *tibi* non sine lepore. (Cic. Att. 2. 19). *Quum haec maxime scriberem, ecce* TIBI *Sebosus.* (Id. Off. 3. 21). *Ecce* TIBI, *qui rex populi romani dominusque omnium gentium esse concupierit.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

§ II. Genitivus post adverbium [393-395]

441. *Affătim* (abundantemente), *satis* (bastante), *abunde* (copiosamente), *nimis* (demasiado), *parum* (poco), *instar* (á manera de), *partim* (parte), *ergo* pro *causa* genitivo junguntur. (Ter. Phorm. 2. 3. 89). *Satis jam* VERBORUM *est*. (Cic. Orat. 31). *Nimis* INSIDIÁRUM *ad capiendas aures adhiberi videtur*. (Sall. Cat. 5). *Satis* LOQUENTIAE, SAPIENTIAE *parum*. (Cic. de Cl. Orat. 51). *Plato mihi unus instar est* OMNIUM MILLIUM. (Liv. 37. 47). VICTORIAE NAVALIS *ergo in unum diem supplicatio decreta est.*

Item adverbia superlativa a nominibus orta. (Cic. de Cl. Or. 20). *Maxime* OMNIUM NOSTRUM *graecis litteris studuit*. (Id. de Cl. Or. 72). *Saepissime audio, illum* OMNIUM *fere* ORATORUM *loqui elegantissime.*

N. B. Genitivus hic in ablativum cum praepositione migrare potest. (Cic. cl. or. 67). *Piso maxime* EX OMNIBUS, *qui ante fuerunt, graecis doctrinis eruditus fuit.*

442. *Ubi, ubinam, ubicumque, ubivis, quo, quovis, quoquo, nusquam* genitivos *terrarum* vel *gentium* eleganter admittunt. (Cic. Att. 5. 10). *Quia, quid ageres, ubi* TERRARUM *esses, ne suspicabar quidem*. (Ter. Adelph. 4. 2. 1). *Fratrem nusquam invenio* GENTIUM.

N. B. 1.° Dicitur et *longe gentium*. (Cic. Att. 6. 3). *Tu abes longe* GENTIUM.

N. B. 2.° Huc spectant adverbia *eo, huc*. (Liv. 25. 8). *Eo* CONSUETUDINIS *adducta res est, ut* etc. (Curt. Hist. 7. 1). *Huc* MALORUM *ventum est*. Cicero tamen diceret: *ad eam consuetudinem, ad haec mala.*

443. *Pridie* et *postridie* genitivum et accusativum casum postulant. (Cic. Fam. 1. 4). *Illam sententiam Bibuli de tribus legatis pridie* EJUS DIEI *fregeramus*. (Id. Fam. 3. 4). *Pridie* NONAS JUNIAS *litteras tuas accepi.*

N. B. Adverbium *tunc* cum genitivo *temporis* raro apud scriptores idoneos reperitur. (Justin. Hist. 1). *Sed de gente obscura tunc* TEMPORIS *Persarum.*

§ III. Dativus post adverbium [396]

444. Quaedam adverbia dandi casum poscunt more eorum, unde deducuntur, ut *congruenter convenienterque naturae vivere, dicere congruenter rationi, obviam alicui ire, procedere, prodire*. Nam *congruens, conveniens, obvius* dativo gaudent. (Cic. Fin. 2. 26). *Non quaero quid dicat, sed quid convenienter* RATIONI *possit et* SENTENTIAE SUAE *dicere*. (Id. Phil. 3. 32). CAESARI *ex Hispania* REDEUNTI *obviam longissime processisti.*

§ IV. Dativus vel accusativus post adverbium [397]

445. *Propius, proxime* dandi vel accusandi casum exigunt. (Cic. Phil. 7. 9). *Oportet exercitum eduxerit, nec propius* URBEM *millia passuum*

ducenta admoverit. (Cic. Att. 6. 5). *Officium meum esse putavi, exercitum habere quam proxime* HOSTEM. (Caes. B. C. 1. 72). *Quam proxime potest hostium* CASTRIS *castra communit.*

N. B. *Propius* jungitur nonnumquam cum praepositione *a* vel *ab*. (Cic. N. D. 1. 31). *Quinque stellae aliae propius* A TERRIS, *aliae remotius, eadem spatia conficiunt.*

§ V. Reliqua adverbia [400-408]

446. *Ut* pro *veluti* similes antecedenti casui sub eodem verbo casus exposcit. (Cic. Acad. 4. 20). *Me, Catule, oratio Luculli de ipsa re ita movit,* UT *docti* HOMINIS *et copiosi*. (Id. Acad. 4. 24). *Ea se sola percipere* (dicunt), *quae tactu intimo sentiant,* UT DOLOREM, UT VOLUPTATEM. (Id. Acad. 1. 7). *Quibus* (verbis), UT ALIIS MULTIS, *consuetudo jam utitur pro latinis.*

N. B. Idem dicimus de particulis *tamquam, quasi, sicut* et similibus. (Cic. de Cl. Or. 74). *Aetatis illius ista fuit laus,* TAMQUAM INNOCENTIAE, *sic latine* LOQUENDI.

447. Superlativis jungitur *quam* sequente verbo *possum*, *longe* pro *valde*, et *facile*, quum *sine dubio* significat. (Cic. Fam. 15. 4). QUAM POTUI MAXIMIS *itineribus ad Amanum exercitum duxi*. (id. de Cl. Or. 62). LONGE *post natos homines* IMPROBISSIMUS. (id. Rab. Post. 9). *Virum unum totius Graeciae* FACILE DOCTISSIMUM *Platonem.*

N. B. 1.° In caeteris casibus *quam* fere positivis gaudet, nisi forte verbum *possum* lateat. (Cic. Fam. 7. 15). QUAM *sint* MOROSI *qui amant, vel ex hoc intelligi potest*. (Cic. Fam. 16. 21). *Sed peto a te, ut* QUAM CELERRIME *mihi librarius mittatur.*

N. B. 2.° Alia adverbia ut *per, perquam, sane, valde, admodum, in primis*, etc. fere gaudent positivis. (Cic. Verr. 2. 1. 26). *Erat* IN PRIMIS *inter suos* COPIOSUS.

N. B. 3.° *Tam, quam* nominibus junguntur et quidem frequentissime positivis, *tantum, quantum* potius verbis. (Cic. Orat. 30). *Nemo orator* TAM MULTA *scripsit,* QUAM MULTA *sunt nostra*. (id. Fam. 4. 7). *Gratia* TANTUM POSSUMUS, QUANTUM *vicli.*

N. B. 4.° Nota hujusmodi loquutiones. (Cic. Sull. 21). TAM *sum mitis,* QUAM QUI *lenissimus*. (id. Fam. 5. 2). TAM *sum amicus reipublicae,* QUAM QUI *maxime*. (id. ib. 13. 62). *Te semper* SIC *colam et tuebor,* UT QUEM *diligentissime.*

N. B. 5.° Adverbia in *um* adhaerent positivis, adverbia in *o* comparativis. (Vid. n. 283. N. B. 2.°). *Multo* jungitur etiam superlativis; *longe* vero nominibus et adverbiis diversitatis. (Cic. Font. 17). *O fortunam* LONGE DISPAREM.

CAPUT XX

DE INTERJECTIONIS CONSTRUCTIONE [409]

448. *O* tribus casibus adjungitur: 1.° nominandi. (Ter. Phorm. 2. 2. 10). *O* VIR *fortis atque* AMICUS!

2.° Accusandi. (Ter. Eun. 5. 5. 1). *O infelicem* ADOLESCENTULUM, *o scelestum* PARMENONEM. (Cic. Fam. 14. 4). O ME PERDITUM! *o* AFFLICTUM!

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

3.° Vocandi. (Ter. Andr. 3. 2. 12). *O* DAVE, *itane contemnor abs te?* (Prop. El. 2. 15. 1). *O me felicem, o* NOX *mihi* CANDIDA!

N. B. 1.° Interdum *o* omittitur, quum lenior est affectus. (Cic. Pison. 1). MISERUM ME! *cum hac me nunc peste atque labe confero.* (id. Att. 10. 10). ME CAECUM, *qui haec ante non viderim!*

N. B. 2.° *O* non solum quum adverbium est vocandi, vocativo adhaeret, verum etiam quum est interjectio. (Cic. Pison. 26). *O paterni generis* OBLITE, *materni vix* MEMOR.

449. *Heu* et *proh* modo nominandi vel potius vocandi, modo accusandi casum postulant. (Virg. Aen. 6. 879). *Heu* PIETAS, *heu prisca* FIDES! (Hor. Od. 3. 5. 7). *Proh* CURIA, *inversique* MORES! (Cic. Phil. 7. 4). *Heu* ME MISERUM! *cur senatum cogor, quem laudavi semper, reprehendere?* (Id. Phil. 2. 13). *Quae enim res umquam, proh* SANCTE JUPITER! *non modo in hac urbe, sed in omnibus terris est gesta major?*

N. B. *Heu* etiam dativo gaudet. (Plaut. Merc. 4. 3. 2). *Heu* MISERAE MIHI!

450. *Hei, vae* dativo gaudent. (Ter. Heaut. 2. 2. 5). *Hei* MISERO MIHI! (Id. Hecyr. 4. 2. 29). *Vae* MISERO MIHI!

N. B. *Cedo* et *apăge*, quum verba sint imperativi modi, non est, cur interjectionibus adnumerentur; postulant autem accusativum. (Cic. Verr. 4. 20). *Cedo* TABULAS. (Vatin. apud Cic. Fam. 5. 10). *Apage* TE *cum nostro sexto Servilio.*

CAPUT XXI

DE CONJUNCTIONIS CONSTRUCTIONE

451. Conjunctiones, quae coordinandis propositionibus inserviunt, sunt *copulativae, disjunctivae, adversativae, causales* et *illativae.*

452. COPULATIVAE sunt *et, que, atque, ac, nec, neque.* Ex his *que* enclitica est, easque partes conjungit, quae velut in unum coalescunt; *ac* vix praeponitur vocalibus et consonis *c, g, q.* (Cic. Som. Scip. 7). *Quum ad idem, unde semel profecta sunt, cuncta astra redierint, eamdem*QUE *totius coeli descriptionem longis intervallis retulerint.* (id. N. D. 2. 58). *Colorum etiam* ET *figurarum tum venustatem* ATQUE *ordinem* ET, *ut ita dicam, decentiam oculi judicant,* ATQUE *etiam alia majora.* (Caes. B. G. 4. 35). *Nostrorum impetum hostes ferre non potuerunt,* AC *terga verterunt.*

453. Saepe repetitur conjunctio *(polysyntheton)*, ut in singulis mens defigatur, vel prorsus omittitur *(asintheton)*, ut incitatior feratur oratio, vel tandem, quo major comparetur gravitas, certa quaedam verba iterantur *(anaphora).* (Cic. Fam. 13. 25). *Eum tibi magno opere commendo ut* ET *hospitem meum,* ET *familiarem,* ET *gratum hominem,* ET *virum bonum,* ET *principem civitatis suae,* ET *tua necessitudine dignissimum.* (id. Tusc. 5. 21). *Aderant unguenta, coronae, incendebantur odores; mensae conquisitissimis epulis extruebantur.* (id. N. D. 59). *Denique* HAC *cohortamur,* HAC *persuademus,* HAC *consolamur afflictos,* HAC *deducimus perterritos a timore,* HAC *gestientes comprimimus* etc....

454. DISJUNCTIVAE sunt *aut, vel, ve, sine. Aut* saepe disjungit res contrarias, caeterae similiores formas conjungunt: *ve* enclitica est. (Cic. Tusc. 1. 7). *Id ergo est pronuntiatum, quod est verum* AUT *falsum.* (id. Tusc. 2. 20). *A virtute profectum* VEL *in ipsa virtute positum.*

N. B. 1.° Iterantur etiam ut *copulativae.* (Cic. Tusc. 1. 7). AUT *hoc dicis* AUT *nihil dicis omnino.* (Sall. Cat. 20). VEL *imperatore,* VEL *milite me utimini.*

N. B. 2.° Conjunctiones copulativae et disjunctivae, quum ad idem verbum referuntur, similes casus connectunt. (Cic. Phil. 12. 10). *Quis non dolet interitum talis et* CIVIS *et* VIRI? (id. Sen. 16). *Quid de pratorum viriditate aut arborum* ORDINIBUS *aut vinearum olivetorumve* SPECIE *dicam?* [410].

N. B. 3.° Interdum huic constructioni certa dictionum proprietas obstat, ut *fui Romae* et *Athenis: Brundusii* aut *Sulmone* mortuus est: emistine librum *centusse* an *minoris?* Malim *esse Barcinone* quam *Matriti.*

455. Propositiones negativae imperativi et subjunctivi coordinantur intercedentibus conjunctionibus *neve, neque, neu.* (Caes. B. C. 3. 92). *Pompejus suis praedixerat, ut Caesaris impetum exciperent,* NEVE *se loco monerent.* (Cic. Leg. 2. 23). *Hominem mortuum in urbe ne sepelito,* NEVE *urito.* (Caes. B. G. 2. 21). *Caesar milites cohortatus est, uti suae pristinae virtutis memoriam retinerent,* NEU *perturbarentur animo.* (Cic. Rep. 1. 2). *Teneamus cum cursum,* NEQUE *ea signa audiamus, quae receptui canunt.*

N. B. Etiam cum indicativo in altero membro elegantius usurpatur *nec, neque,* quam *et non.* (Cic. Off. 3. 10). *Id quod utile videbatur,* NEQUE *erat.* (Lo que parecía útil *sin serlo*). Item pro *et nullus, et numquam* melius dicetur *nec ullus, nec umquam.* (Cic. Sen. 19). *Horae quidem cedunt,* NEC *praeteritum tempus* UMQUAM *revertitur.*

456. ADVERSATIVAE oppositionem significant inter propositiones; sunt autem *sed, verum, autem, vero, at, atqui, non modo (solum).... sed (verum) etiam.*

Sed et *verum* saepe limitant prius dicta. (Cic. Att. 1. 18). *Atque hi non sunt permolesti;* SED *tamen insident et urgent.*

Autem, vero diversitatem aliquam potius quam oppositionem significant, et post unum vel alterum verbum collocantur. (Cic. de Or. 1. 19). *Est finitimus oratori poëta, numeris adstrictior paulo, verborum* AUTEM *licentia liberior, multis* VERO *orandi generibus socius.*

At (raro *ast*) et *atqui* vehementiores sunt: *at* inservit etiam difficultatibus proponendis. (Cic. Tusc. 3. 26). *Aeschines in Demosthenem invehitur.* AT *quam rhetorice! quam copiose!* (id. Att. 8. 3). AT *recuperabit rempublicam. Quando? aut quid ad eam spem est parati?* (id. ib.). *O rem inquis difficilem et inexplicabilem!* ATQUI *explicanda est.*

Non modo (non).... sed etiam (ne.... quidem) significant gradationem, quae modo ad majus progreditur, modo ad minus descendit. (Cic. Som. Scip. 7). NON MODO *aeternam,* SED NE *diuturnam* QUIDEM *gloriam assequi possumus.* (id. Att. 2. 21). *Ut ipse* ETIAM *sibi,* NON *iis* SOLUM, *qui aderant, displicebat!*

N. B. Adhibentur etiam *quum.... tum (etiam).* (Cic. Fam. 13. 13). *Et* QUUM *virtutibus,* TUM ETIAM *fortuna ornatus.*

457. CAUSALES sunt *nam, namque, enim, etenim; enim* ponitur in secunda sede, caeterae in prima. (Caes. B. G. 4. 34). *Tempore opportunissimo Caesar auxilium tulit;* NAMQUE *ejus adventu hostes constiterunt.* (id. Off. 2. 12). *Eadem constituendarum legum fuit causa, quae regum. Jus* ENIM *semper quaesitum est aequabile: neque* ENIM *aliter esset jus.*

458. ILLATIVAE sunt *ergo, igitur, itaque. Igitur* fere secundum locum obtinet, nunnumquam etiam *ergo.* (Cic. Tusc. 1. 6). *Ubi* ERGO *sunt ii, quos miseros dicis?* (id. ib.). *Quid dicis* IGITUR?

CAPUT XXII

DE FIGURIS [418-425]

459. Figura est nova loquendi ratio a trito et vulgari sermone remota, quae fere ratione aliqua usuve disertorum nititur.

§ I. SYNESIS ET ELLIPSIS

460. *Synesis* est figura, qua 1.° nominativus et verbum; 2.° adjectivum et substantivum; 3.° relativum et antecedens interdum sensu et significatione consentiunt, quamvis voce discrepent. Hujusmodi figura praesertim apud historicos et poetas reperitur. (Virg. Aen. 1. 212). PARS *in frusta* SECANT, *veribusque trementia* FIGUNT. (Ter. Andr. 3. 5. 1). *Ubi* ILLIC SCELUS *est, qui me perdidit?* i. e. ille sceleratus.

461. *Ellipsis* figura est, qua id, quod in oratione deest, foris omnino petendum est. (Cic. Att. 15. 17). EGO, *si Tiro ad me, cogito in Tusculanum:* (subintelligatur *proficisci).* (Id. Att. 6. 1). *Quae* (statua) *ad Opis per te posita in excelso est,* i. e. ad templum Opis.

Ante gerundium dativum eleganter desideratur *par, utilis, aptus.* (Cic. Att. 13. 10). SOLVENDO *non erat.* (Liv. Hist. 30. 6). *Ea modo, quae* RESTINGUENDO *igni forent, portantes, in agrum romanum ruebant.*

In sermone familiari praesertim desiderantur passim verba *sum, inquit, dico, facio* et alia. (Cic. Phil. 2 11). *Sed haec vetera; illud vero recens, Caesarem meo consilio interfectum.* (id. N. D. 2. 14). *Bene igitur idem Chrysippus* (supp. *dixit).* (id. Att. 1. 18). *Crassus verbum nullum contra gratiam.* (supp. *facit* vel *dicit).* (id. Sen. 13). *Sed quid ego alios?* (i. e. *commemoro).* Ita saepe *dii meliora.* (i. e. *dent); nihil ad me, (attinet), quid plura? (dicam).*

§ II. ZEUGMA, SYLLEPSIS ET PROLEPSIS

462. *Zeugma* habetur, quum id, quod in oratione desideratur, e proximo assumitur, manente eodem genere, numero, casu, caeterisque attributis. (Cic. Parad. 6. 2). *Nulla possessio, nulla vis auri et argenti pluris quam virtus* AESTIMANDA EST.

463. *Syllepsis* est, quae id, quod in oratione deest, e proximo assumit, mutato tamen genere aut numero, aut casu, aut aliquo e caeteris accidentibus. (Cic. Q. Fr. 2. 10). *Paene ille timore, ego risu corrui.*

464. *Prolepsis* fit, quum dictio aliqua totum significans praecessit, quae rursus in partibus intelligitur neque explicatur. (Liv. Hist. 1. 21). *Ita duo deinceps reges,* ILLE *bello,* HIC *pace, civitatem auxerunt.* (Sall. Cat. 58). *Exercitus hostium duo,* UNUS *ab urbe,* ALTER *a Gallia, obstant.*

§ III. ENALLAGE, ANACOLUTHON, HYPALLAGE ET HENDIADYS

465. *Enallage* figura est, qua pars una orationis pro alia ponitur, ut *vivere* pro *vita, nullus* pro *non.* (Cic. Att. 13. 28). *Quam turpis est assentatio, quum* VIVERE *ipsum turpe sit nobis.* (Id. Att. 11. 24). *Philotimus* NULLUS *venit,* i. e. *non venit.*

Aliqua nomina sunt, quae pro adverbiis ponuntur, ut *recens, sublime, frequens, torvum,* etc. (Cic. Sen. 11). *Venio in senatum* FREQUENS. (Id. Div. 2. 31). *Ea scuta, quae fuerunt* SUBLIME *fixa, sunt humi inventa* (n. 340. N. B.).

Nomen interdum, imo verbum etiam, quandoque loco interjectionis ponitur. (Cic. Verr. 2. 2. 17). *Quae,* MALUM, *ista fuit amentia?* (Id. Att. 5. 17). AMABO *te, incumbe in hanc rem.*

466. *Anacoluthon* (ex ἀ privativo et ἀκολουθέω) fit quum incaepta omittitur constructio vel alia assumitur. (Cic. Cat. 1. 8). *Neque* HI *solum, sed etiam* ILLI EQUITES ROMANI, CAETERI*que* FORTISIMI CIVES, EOSDEM *facile adducam.* (id. Tusc. 1. 7). OMNE PRONUNTIATUM *(sic enim mihi in praesentia occurrit ut appellarem* ἀξίωμα, *utar post alio, si invenero melius); id ergo est* PRONUNTIATUM, *quod est verum aut falsum.*

467. *Hypallage* (ὑπαλλαγή, *mutatio)* fit quum adjectiva non tribuuntur substantivo cui respondent, sed alii, quod tantum poëtae faciunt. (Virg. Aen. 6. 269). *Ibant* OBSCURI SOLA *sub nocte per umbram:* (pro *ibant soli sub obscura nocte).*

468. *Hendiadys* (ἓν διὰ δυοῖν) exprimit per substantivum quod erat per

adjectivum dicendum vel genitivum. (Virg. G. 2. 192). *Pateris libamus et* AURO; (pro *pateris aureis*). (id. Aen. 1. 61). *Molem et* MONTES *insuper* ALTOS *imposuit:* (pro *molem altorum montium*).

§ IV. HYPERBATON

469. [434]. Quum orationis structura decoris gratia variatur, neglecto simplici sermonis ordine, non vitium est sed virtus, quae *hyperbaton* appellatur, id est, *transgressio verborum*. Neque enim, ut in sermone vernaculo, eum verba obtinent locum, quem naturalis ordo secundum traditas constructionis leges requirere videbatur; sed singulorum sedes quum vi ac robore eorum quae dicuntur, tum etiam harmonia, cujus judicium est aurium, definiuntur. Quoniam autem primus et postremus locus majoris sunt roboris, remque in clariore luce collocant, subjecto vero et verbo tota quasi fulcitur oratio; ideo ita saepissime a praestantissimis scriptoribus vocabula permiscentur, ut prima sedes subjecto tribuatur, postrema verbo, caetera in medio collocentur. (Cic. Att. 4. 1). Nos *adhuc in nostro statu, quod difficillime recuperari posse arbitrati sumus, splendorem nostrum illum forensem, et in senatu auctoritatem, et apud viros bonos gratiam, magis quam optaramus,* CONSEQUUTI SUMUS.

470. Saepe tamen haec structura variatur, quo major principi vocabulo virtus accedat. Hac de causa

1.° Verbum nonnumquam initio, nominativus vero in fine collocatur. (Cic. Att. 9. 10). Do, DO *poenas temeritatis meae*. (id. Cat. 1. 4). FUISTI *igitur apud Leccam illa nocte;* DISTRIBUISTI *partes Italiae;* DESCRIPSISTI *urbis partes ad incendia*. (id. Verr. 2. 5. 62). ARDEBANT *oculi*... EXSPECTABANT *omnes*.... CLAMABAT *ille miser*.... CAEDEBATUR *virgis*.... (id. Brut. 92). *Princeps et erat et habebatur* HORTENSIUS. (id. Fam. 14. 3). *Nam mihi ante oculos dies noctesque versatur* SQUALOR VESTER *et* MOEROR *et* INFIRMITAS *valetudinis tuae*. (id. N. D. 2. 37). *Nescio an ne in uno quidem versu possit tantum valere* FORTUNA.

2.° Complementum modo ponitur in fine, modo in principio: hoc autem saepissime fit quoties idem verbum iteratur. (Cic. Brut. 92). *Nimis multa videor de me, ipse praesertim; sed omni huic sermoni propositum est, non ut ingenium et eloquentiam meam perspicias, unde longe absum; sed ut* LABOREM *et* INDUSTRIAM. (id. N. D. 2. 7). TANTUM ORNATUM *mundi*, TANTAM VARIETATEM PULCHRITUDINEM*que rerum coelestium*, TANTAM VIM *et* MAGNITUDINEM *maris atque terrarum, si tuum ac non deorum immortalium domicilium putas, nonne plane desipere videare?*

3.° Aliquando etiam vel incipimus vel desinimus abverbio. (Cic. Att. 9. 10). *Mihi autem haeserunt illa:* MALE *Tarquinius qui Porsenam contra patriam,* IMPIE *Coriolanus qui auxilium petiit a Volscis,* RECTE *Temistocles qui mori maluit*. (id. N. D. 2. 37). PRAECLARE *ergo Aristoteles*. (id. Att. 8. 3). *Nihil actum est a Pompejo nostro* SAPIENTER, *nihil* FORTITER. (id. Fam. 14. 3). *Meum fuit officium vel legatione vitare periculum, vel diligentia et copiis resistere, vel cadere* FORTITER. (id. Fam. 16. 12). *Quem omnia facturum confido; recepit enim et mecum loquutus est* SUAVISSIME.

4.° Etiam quodcumque aliud verbum vel initio vel in exitu ponitur, quo vehementius animum percellat. (Cic. Cat. 1. 1). AD MORTEM *te, Catilina, duci jussu consulis jampridem oportebat*. (id. Marcel. 1). DIUTURNI SILENTII, *patres conscripti, quo eram his temporibus usus, non timore aliquo, sed partim dolore, partim verecundia, finem hodiernus dies attulit*. (Caes. B. G. 1. 7). *Propterea quod aliud iter haberent* NULLUM. (id. B. C. 1. 6). *Quod ante hoc tempus accidit* NUMQUAM. (Cic. Or. 5). *Marcus Antonius disertos ait se vidisse multos, eloquentem omnino* NEMINEM. (Cic. Att. 9. 10). *Sed ea quae scripsi me tardarunt, et auctoritas maxime* TUA.

5.° Latini certis quibusdam verbis saepissime ordiuntur, quibus quasi vinculis periodos connectunt. Hujusmodi sunt:

α) Demonstrativa. (Cic. Att. 2. 22). HAEC *et in eam sententiam quum multa dixisset, ajebat illum primo sane diu multa contra*. (id. Att. 1. 13). EJUS *autem collega et in me perhonorificus, et partium studiosus ac defensor bonarum*. (id. Fam. 7. 3). HUNC *ego belli finem feci*. (id. ib.). HAEC *ad te scripsi verbosius*. (id. ib). HAEC *coram tecum malueram*. (id. Off. 2. 25). ILLUD *est Catonis, a quo quum quaereretur*.... (id. N. D. 2. 53). *Sed* ILLA *quanta benignitas naturae*. (id. ib.). HIC *quaerat quispiam*.

β) Relativa. (Cic. Tusc. 5. 20). QUI *quum esset bonis parentibus atque honesto loco natus*. (id. Som. Scip. 1). QUEM *ut agnovi, equidem cohorrui*. (id. Att. 1. 13). QUIBUS *epistolis sum equidem abs te lacessitus ad scribendum*. (id. Att. 9. 11). QUOD *si ita est*. (id. Fin. 5. 28). QUO *qui potiatur*. (id. Som. Scip. 5). QUAE *quum intuerer*. (id. ib. 8). QUAE *quum dixisset*. Ex quibus exemplis illud etiam facile intelliges, relativum subjiciendi particulis saepissime praeponi.

γ) Particulae parataxeos, maxime vero causales, adversativae: quibus certe vix aliquam periodum orbatam reperias.

471. Praeter hec notanda sunt etiam quae sequuntur.

1.° Ejusdem orationis pronomina apte conjunguntur (1). (Cic. Fam. 2.

(1) Continuantur etiam saepe quum similia, tum contraria. Quod si duo verba duo-

2). *Gravi teste privatus sum amoris summi erga* TE MEI. (id. Att. 2. 1). EGO *enim* TIBI ME *non offerebam.* (id. Att. 3. 1). IS MIHI *litteras abs te et commentarium consulatus mei graece scriptum reddidit.*

2.° Nonnulla sunt natura conjunta, quae eleganter aliquando quibusdam interpositis longius distrahuntur. Ejusmodi sunt

α) Adjectivum a substantivo. (Cic. Brut. 1. 1). *Opinione omnium* MAJOREM *animo cepi* DOLOREM. (id. Att. 2. 22). *Nunc mihi et* CONSILIIS *opus est* TUIS, *et amore et fide.* (id. Att. 8. 3). *Quid perturbatius* HOC *ab urbe* DISCESSU?

β) Substantivum a suo casu. (Cic. Fam. 4. 5). ILLIUS *in te* AMOR. (id. Som. Scip. 4). *Hic vero tantus est* TOTIUS MUNDI *incitatissima conversione* SONITUS. (Id. Att. 8. 3). QUID *ad eam spem est* PARATI? (id. ib.). *Itaque habui* NIHIL *omnino* NEGOTII.

γ) Verbum *sum* a participio. (Cic. Fam. 9. 11). *Hilaritas illa nostra et suavitas, quae te praeter caeteros delectabat,* EREPTA *mihi omnis* EST. (id. Fam. 2. 5). *Ea para, meditare, cogita, quae esse in eo civi ac viro debent, qui* SIT *rempublicam afflictam et oppressam miseris temporibus ac perditis moribus, in veterem libertatem et dignitatem* VINDICATURUS.

δ) Vocabula quae ad idem verbum referuntur. (Cic. Acad. 2. 2). *Ea fere sunt* GRAECIS LITTERIS *celebrata et* LATINIS. (id. Leg. Man. 10). DOLORI SUO *maluit quam* AUCTORITATI VESTRAE *obtemperare.* (id. Fam. 14. 3). *Quum* DOLORE *conficior, tum etiam* PUDORE.

3.° Propositiones subjectae, etsi saepissime orationi principi praemittuntur, et periodi protasim efficiunt, tamen non raro eidem inseruntur. Id autem fit quoties aliquod verbum utrique orationi commune in ipsis invenitur: v. g.

Nominativus. (Cic. Phil. 2. 16). HOMINES, *quamvis in turbidis rebus sint, tamen, si modo homines sunt, interdum animis relaxantur.* (Nep. Reg. 2). PYRRHUS, *quum Argos oppidum oppugnaret in Peloponneso, lapide ictus interiit.*

Accusativus. (Ter. Heaut. 4. 1. 632). ID *quidem ego, etiamsi neges, certo scio.*

Alius casus. (Cic. Off. 3. 31). L. MANLIO, *quum dictator fuisset, M. Pomponius tribunus plebis diem dixit.*

---

bus verbis opponantur, in altero membro fere adverso ordine conjunguntur. (Cic. Fin. 3. 3). RATIO *nostra* CONSENTIT, REPUGNAT ORATIO. (id. de Or. 3. 35). *Malim equidem* INDISERTAM PRUDENTIÁM, *quam* STULTITIAM LOQUACEM. Haec porro verborum collocatio vocatur *chiasmus* (χιασμός) a littera χ, quae crucis in modum intersecantibus se ipsis duabus obliquis lineis depingitur.

Etiam ubi nullum est verbum commune, praemittitur vocabulum cui major vis tribuenda videatur. (Cic. Fam. 11. 21). TUIS *enim* OPIBUS *et* CONSULATU TUO, *etiamsi timidi esemus, tamen omnem timorem abjiceremus.*

N. B. Aptissimus hic esset locus tradendis legibus periodi, qua una fere tota sermonis concinnitas continetur. Est enim periodus, ut ait Cicero (de Or. 3). *Oratio in quodam quasi orbe inclusa, procurrens quoad persistat in singulis perfectis absolutisque sententiis:* duabus autem partibus constat, quarum alteram protasin, alteram apodosin vocare solent. Sed haec multo melius adolescentes, quum ad artem bene dicendi gradum fecerint, cognoscent. Illud observasse sufficiat: periodum modo duo, modo tria aut etiam quatuor membra continere, quae quidem justae magnitudinis debent esse, ut gratior venustiorque evadat oratio.

472. *Hyperbati* sive *transgressionis* aliquot sunt species, quae elegantiae causa usurpantur.

1.° *Anastrophe* est *duorum verborum ordo praeposterus,* ut *mecum, tecum, secum, nobiscum, vobiscum, quibus de rebus.* Anastrophe illa Virgilii. (Aen. 1. 573). URBEM QUAM *statuo vestra est:* pro *quam urbem statuo;* item illa Terentii. (Eun. 4. 3. 11). EUNUCHUM QUEM *dedisti nobis, quas turbas dedit:* pro *quem eunuchum,* etc., admodum dura est et fugienda.

2.° *Tmesis* est, *quum verbum compositum dividitur, aliqua dictione interposita.* (Cic. Att. 5. 10). PER *mihi* GRATUM *erit, si id curaris ad me perferendum.* (Id. Sen. 4). *Omnia memoria tenebat* NON *domestica* SOLUM, *sed etiam externa bella.* Ejusdem generis sunt illa: REM *vero* PUBLICAM *penitus amisimus; praeclarum est pro patria* REQUE PUBLICA *mortem oppetere.*

3.° *Parenthesis* est *brevis sensus sermoni, antequam absolvatur, interjectus.* (Cic. Phil. 3. 11). *O praeclarum custodem ovium (ut ajunt) lupum!* (Liv. 23. 48). *Huic pugnae equestri rem (quam vera sit, communis existimatio est) mirabilem certe, adjiciunt quidam annales.* Illud vero cavendum diligenter, ne longior parenthesis, neve crebro adhibeatur.

CAPUT XXIII

HELLENISMUS [427]

473. *Hellenismus* est loquendi ratio, quae graeci potius quam latini sermonis leges servat.

§ I. HELLENISMUS IN CONCORDANTIA

474. Hellenismus est 1.° ponere verbum dissentiens numero a nominativo intellecto. (Prop. El. 3. 9. 12). EST, *quibus Eleae concurrit palma quadrigae,* EST *quibus in celeres gloria nata pedes.*

2.° Adjectivum neutrum substantivo masculino aut feminino conjunctum. (Cic. Fam. 6. 21). *Quum omnium rerum mors sit* EXTREMUM. (Virg. Aen. 4. 659). VARIUM *et* MUTABILE *semper femina.* (id. Ecl. 3. 80). TRISTE *lupus stabulis.* (id. ib. 8). DULCE *satis humor.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

3.° Relativum expressum casu, quem postulat verbum antecedens, non consequens, a quo pendet. (Luccej. Fam. 5. 14). *Quum scribas et aliquid agas eorum,* QUORUM *consuesti, gaudeo.*

§ II. Hellenismus in nomine

475. 1.° Nominativus pro vocativo, Atticorum more. (Liv. Hist. 1. 24). *Audi tu,* POPULUS ALBANUS. (Virg. Aen. 6. 836). *Projice tela manu,* SANGUIS MEUS.

2.° Genitivus pro nominativo. (Cic. Fin. 5. 1). *Venit mihi* PLATONIS *in mentem.*

3.° Genitivus pro dativo cum adjectivis *Fidus, par, aequalis.* (Cf. n. 262 et 267). (Virg. Aen. 12. 659). *Regina* TUI *fidissima.*

4.° Genitivus pro ablativo post adjectiva *Alienus, dignus, dives, orbus, cassus, onustus, immunis;* et post verba *Libero, impleo, compleo, abstineo, desino, miror, regno.* (Liv. Hist. 41. 19). *Senatus nec liberavit* EJUS CULPAE *regem, nec arguit.* (Cic. Fam. 9. 18). *Aestimationes tuas vendere non potes, neque illam* DENARIORUM *implere.* (Virg. Aen. 11. 426). JUSTITIAE*ne prius mirer belline* LABORUM. (Hor. Od. 2. 9. 17). *Abstineto dixit* IRARUM *calidaeque* RIXAE.

5.° Genitivus pro ablativo vel accusativo *spatii.* (Cic. Att. 5. 17). *A quibus aberam* BIDUI. Nempe *iter* aut *viam.* Item illa *amens animi, victus animi* pro *animo.* (Cf. n. 295).

6.° Dativus pro ablativo et praepositione *ab* additus verbis passivis. (Cf. n. 418. N. B. 3.°). (Cic. de Cl. Or. 58). *Auditus est* NOBIS *Laeliae Caji filiae saepe sermo.* (id. Fam. 6. 6). *Notantur* MIHI *ad divinandum signa.* (Ovid. Pont. 3. 9. 39). *Quum toties eadem dicam, vix audior* ULLI.

7.° Dativus additus verbo *Defendo.* (Virg. Ecl. 7. 47). *Solstitium* PECORI *defendite.*

§ III. Hellenismus in verbo

476. 1.° Indicativus pro conjunctivo in propositione condicionali impossibili. (Cf. n. 397. γ. N. B. 2.°). (Ovid. Amor. 1. 6. 34). *Solus* ERAM, *si non saevus adesset amor,* id est, *solus essem.* (Hor. Od. 2. 17. 27). *Me truncus illapsus cerebro* SUSTULERAT, *nisi Faunus ictum dextra levasset;* pro *sustulisset.* (Mart. Ep. 1. 22). *Si non errasset;* FECERAT *ille minus;* id est, *fecisset.*

2.° Infinitum pro gerundio ablativo. (Cf. n. 423. N. B.). (Virg. Ecl. 5. 1). *Boni quoniam convenimus ambo—Tu calamos* INFLARE *leves, ego* DICERE *versus.* (id. G. 1. 284). *Septima post decimam felix et* PONERE *vitem—Et prensos* DOMITARE *boves.* (Hor. Od. 1. 3. 25). *Audax omnia* PERPETI. (id. ib. 4. 8. 7). *Hic saxo, liquidis ille coloribus sollers nunc hominem* PONERE, *nunc deum.* (id. ib. 25). *Vosque veraces* CECINISSE *Parcae.*

3.° Infinitum pro gerundio accusativo et praepositione *ad.* (Cf. n. 423. N. B.). (Virg. Aen. 1. 527). *Non nos aut ferro Lybicos* POPULARE *penates—Venimus, aut raptas ad litora* VERTERE *praedas.* (Hor. Od. 1. 2. 7). *Proteus pecus egit altos* VISERE *montes.* (Ter. Phorm. 1. 2. 52). *Vultisne eamus* VISERE? (Hor. Ep. 1. 16. 12). *Fons etiam rivo* DARE *nomen idoneus.* (id. Od. 3. 21. 22). *Segnesque nodum* SOLVERE *Gratiae.* (id. Od. 1. 15. 7). *Conjurata tuas* RUMPERE *nuptias.* (Virg. Ecl. 7. 5). *Et* CANTARE *pares, et* RESPONDERE *parati.* (Cic. Quint. 2). *Id, quod parati sunt* FACERE.

4.° Infinitum pro participio in dus. (Cf. n. 417). (Virg. Aen. 1. 319). *Dederatque comam* DIFFUNDERE *ventis.* (id. ib. 9. 362). *Ille suo moriens dat* HABERE *nepoti.*

CAPUT XXIV

ARCHAISMUS [426]

ARTICULUS I. Archaismus in declinatione

477. *Archaismus* est loquendi genus a prisca vetustate frequentatum.

Archaismus fieri potest vel in usu vocum singularum, vel in vocum junctura sive syntaxi.

478. *Alter, alius,* et caetera adjectiva anomala, in genitivo et dativo singulari priscis temporibus usitatam ac tritam declinandi rationem servabant. (Cic. Div. 2. 13). ALIAE *pecudis.* (Ter. Eun. 5. 7. 5). *Mihi* SOLAE *ridiculo fuit.* (Auct. ad Herenn. 4). *Non enim res* TOTAE REI *necesse est similis sit.* (Catull. 17. 17). *Nec pili* (hanc) *facit* UNI.

Alteruter interdum flectebatur quoad utramque sui partem, adeo ut docuit Priscianus reperiri usurpata *altera utra, alterius utrius* a Cicerone, *alterum utrum* ab aliis.

479. A substantivis interdum risus gratia Plautus superlativum fingit: *O patrue, o patrue mi,* PATRUISSUME.

A gentili *Poenus* format *Poenior.*

Gellius a *plautinus, plautunissimus.*

Catullus a substantivo *cinaedus, cinaediorem.*

A pronomine *ipse,* graeco more, *ipsissimus* Plautus.

Mirificissimus	a	*mirificus.* Ter.
Parvissimus	a	*parvus.* Lucr.
Proximior	a	*proximus.* Sen.
Postremissimus	a	*postremus.* C. Gracchus.

N. B. Cave imiteris.

480. Veteres genitivum *mis, tis* pro *mei, tui,* usurparunt. Item *voster* pro *vester.*

Ipsus pro *ipse* passim occurrit apud Terentium et Plautum. Verum ab usu recessit.

Olli, dativus singularis pro *illi,* frequenter a Virgilio usurpatur.

Prisci *nostratis, vestratis, arpinatis, Privernatis,* et similia, pro *nostras, vestras, arpinas, Privernas* etiam dicebant. (Cf. n. 214. Obs.). (Cic. Orig. ap. Pric. 4. 629. Putsch.). *Si quis mortuus est* ARPINATIS, *ejus haeredem sacra non sequuntur.*

Neutrum (ut placet Grammaticis) desinebat in *e.* Verum eruditius saeculum maluit una figura omnia complecti genera. (Liv. 8. 13). *Eodem anno* PRIVERNAS *bellum initum.* (Cic. Att. 16. 13). *In quo* (Ponte Tireno) *flexus est ad iter* ARPINAS.

Sextus tamen horum casus saepius in *e* desinit, *Arpinate, Privernate, etc.*

ARTICULUS II. Archaismus in verbo

§ I. Sum, EJUSQUE COMPOSITUM Possum

481. *Sum* ab antiquis verbis *esum, fuo* conflatur.

Ex *esum* oriuntur *es, est, eram, ero,* et alia, quae ab *e* inchoantur: hinc *estunto* pro *sunto.* (Cic. Leg. 3. 3). *Ast quando duellum gravius, discordiaeve civium* ESTUNTO.... *genus idem juris, quod duo consules, teneto.*

Ex *fuo* fiunt *fui, fueram, futurus* et alia: item *fuam, fuas, fuat* pro *sim, sis, sit.* (Virg. Aen. 10. 188). *Tros Rutulusve* FUAT, *nullo discrimine habeto.* (Plaut. Capt. 2. 5. 71). *Caveto mihi iratus* FUAS.

Participium praesentis temporis *ens* formavit Sergius Flavius, quod durum quidem,

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

minime tamen aspernandum censet Quintilianus: tu cave illud usurpes, si eleganter loqui velis.

482. A *possum* dicebant prisci *potessem, potesse*, pro *possem, posse*. (Plaut. Aul. 2. 4. 30). *Censen' talentum magnum exorari* POTESSE *ab isthoc sene?* (Ter. Eun. 4. 3. 24). *Nihil* POTESSE.

Priscis passiva hujus verbi erat *potestur, poteratur, possetur*. (Lucr. N. R. 3. 1023). *Quod tamen expleri nulla ratione* POTESTUR.

Sicut *siem, sies, siet* pro *sim, sis, sit* prisci dicebant, ita *possiem*, pro *possim*.

§ II. Conjugatio legitima

I. Prima conjugatio

483. Futurum perfectum primae conjugationis apud priscos *asso* syllabis terminabatur, ut *amasso, amassis* pro *amavero, amaveris*. (Plaut. Amph. 1. 1. 298). *Si me* IRRITASSIS, *hodie lumbifragium hinc auferes*. (id. Asin. 2. 4. 61). *Verbo cave* SUPPLICASSIS. (Apud Cic. Leg. 3. 3). *Interrogassit, judicassit, imperassit, creassit, locassit*, et passive, *turbassitur*.

A futuro in *asso* formabant veteres futurum infiniti *assere*, ut *expugnassere, impetrassere*. (Plaut. Mil. 4. 4. 35). *Credo te facile* IMPETRASSERE. (id. Capt. 1. 2. 64). *Illum confido domum in his diebus me* RECONCILIASSERE.

II. Secunda conjugatio

484. Idem tempus in secunda conjugatione syllabis *esso* terminabatur. (Apud Cic. Leg. 2. 8). *Separatim nemo* HABESSIT *Deos*. (id. Leg. 3. 3). *Ni par majore potestas populusve* PROHIBESSIT. (Plaut. Asin. 3. 3. 13). *Non pedem discedat, si* LICESSIT, i. e. *si licuerit*.

Jusso pro *jussero* habet Virgilius. (Aen. 11. 467). *Caetera, qua* JUSSO, *mecum manus inferat arma*.

III. Tertia conjugatio

485. Futurum perfectum tertiae conjugationis saepe in *im* exibat. Non raro hujusmodi tempus significationem habet praesentis subjunctivi. Huc pertinent verba, quae sunt in n. 141.

486. Imperativum verborum *dico, duco, facio, fero* veteres plene efferebant *dice, duce, face, fere*. (Plaut. Capt. 2. 2. 109). DICE, *demonstra, praecipe, quae ad patrem vis nuntiare*. (Ter. Andr. 5. 1. 14). *Nos missos* FACE. (Ovid. Pont. 2. 2. 64). *Verba* FACE, *ut vita, quam dedit ipse, fruar*. (Plaut. Mostell. 1. 4. 11). DUCE *me, amabo*.

Idem dic de compositis. (Virg. Aen. 11. 463). *Voluse, armari Volscorum* EDICE *maniplis*. (Ter. Adelph. 6. 7. 19). *Tu illas abi et* TRADUCE. (id. Adelph. 3. 4. 36). *Hunc* ABDUCE.

IV. Quarta conjugatio

487. Imperfectum quartae conjugationis saepe *e* littera imminutum a veteribus usurpabatur. (Virg. Aen. 4. 528). LENIBANT *curas*. (id. Aen. 7. 790). *Auro* INSIGNIBANT. (id. Aen. 8. 160). *Tum mihi prima genas* VESTIBAT *flore juventa*.

N. B. Ejusmodi non pauca sunt apud poëtas, quae minime ipse tibi in soluta praesertim oratione permiserim.

Futurum ejusdem quartae in *ibo* usurpant poetae, praesertim comici. (Plaut. Phorm. 5. 1. 38). *Numquam* AUDIBIS *verba tot tam suavia*. (Hor. Od. 3. 23. 19). MOLLIBIT *aversos penates*.

In tertiae quartaeque conjugationis gerundiis in *di, do, dum*, ac participiis ejusdem flexionis in *dus*, veteres *e* penultimae syllabae per *u* efferebant. (Ter. And. prol. 5). *In prologis* SCRIBUNDIS *operam abutitur*. (Sall. Cat. 5). *Hunc lubido maxima invaserat reipublicae* CAPIUNDAE. (Cic. Fam. 9. 14). *In consiliis* CAPIUNDIS.

Hinc apud jurisconsultos, qui veterum edicta legesque interpretati sunt, extant in pandectis tituli: *Communi* DIVIDUNDO, *ad legem Juliam de* REPETUNDIS, *familiae* HERCISCUNDAE, i. e. *rei hereditariae dividendae*. Quas veterum loquendi formulas Cicero aliique scriptores numquam sibi putarunt immutandas.

§ III. Verba anomala et defectiva

488. Praeter verbum *coepi*, apud priscos fuit in usu *coepio* in temporibus imperfectis. (Plaut. Men. 5. 5. 57). *Lites* COEPIO. (Ter. Adelph. 3. 3. 43). *Prius olfecissem, quam ille quicquam* COEPERET.

Pro verbis *nolo* et *malo* apud Plautum invenies *mavolo* et *nevolo*, atque ex his *mavellem, mavelim; nevis, nevult*, et alias voces.

Queo et *nequeo* in voce passiva usurpata reperiuntur. (Lucr. N. R. 1. 1044). *Dum veniant aliae, ac suppleri summa* QUEATUR. (Ter. Hecyr. 4. 1. 57). *Forma in tenebris nosci non* QUITA EST.

Quaeso, praeter primas personas, alias olim habuit. (Lucr. N. R. 5. 1228). *Non divum pacem votis adit, ac prece* QUAESIT.

ARTICULUS III. Archaismus in constructione

§ I. Archaismus in concordantia

489. Adjectivum numero dissentiens a substantivo. (Ter. Eun. 4. 3. 7). *Nescio quid profecto,* ABSENTE NOBIS, *turbatum est domi*, pro *absentibus nobis*.

§ II. Archaismus in nomine

490. NOMINATIVUS pro genitivo cum verbo *poenitet* (n. 361). (Plaut. Stich. 1. 1. 50). *Et me quidem* HAEC CONDITIO *nunc non poenitet*, pro *hujus conditionis*.

GENITIVUS 1.° pro *dativo* cum verbo *studeo*. (Vetus poëta apud Cic. N. D. 3. 29). *Qui parens te nec amet nec studeat* TUI, pro *tibi*.

2.° Pro *accusativo* cum verbis *fastidio* et *vereor*. (Plaut. Aul. 2. 2. 67). *Fastidit* MEI, pro *me*. (Lucil. ap. Non. 9. 3). *Fastidimus* BONORUM. (Ter. Phorm. 5. 8. 78). *Neque hujus sis veritus* FOEMINAE PRIMARIAE.

3.° Pro *ablativo* cum verbis *careo, abundo, scateo*. (Ter. Heaut. 2. 4. 20). *Praeterquam* TUI *carendum quod erat*. (Lucil. ap. Non. 9. 6). *Quarum et abundemus* RERUM. (Lucr. N. R. 5. 40). *Terra* FERARUM—*Nunc etiam scatet*, pro *feris scatet*.

491. GENITIVUS PLURALIS additus gerundio in *di* loco *accusativi*. (Cf. n. 426. N. B. 1.°). (Plaut. Capt. 4. 2. 72). *Nominandi tibi* ISTORUM *erit magis, quam edendi copia*.

492. DATIVUS additus verbo *refert*. (Hor. Sat. 1. 1. 49). *Quid referat intra—Naturae fines* VIVENTI?

493. ACCUSATIVUS additus verbis *careo, egeo, indulgeo, invideo, medeor*. (Turpil. ap. Non. 9. 5). *Meos* PARENTES *careo*. (Cato. ap. Gell. N. A. 13. 22). *Vitio vertunt, quia* MULTA *egeo*. (Ter. Eun. 2. 1. 16). *Nimis* ME *indulgeo*, (alii legunt *mi*). (Plaut. Most. 1. 3. 59). *Si* ILLUM *inservis solum*. (Accius. ap. Cic. Tusc. 3. 9). *Quisnam* FLOREM *liberum invidit meum*. (Ovid. Heroid. 13 137). TROADAS *invideo*. (Ter. Phorm. 5. 4. 3). QUAS (cupiditates), *quum res adversae sint, paulo mederi possis*.

Item verbis *utor, abutor*. (Plaut. Asin. 1. 3. 47). CAETERA QUAEQUE *volumus uti, graeca mercamur fide*. (Ter. Andr. prol. 5). *In prologis scribundis* OPERAM *abutitur*.

Accusativus pro *ablativo* additus nominibus *opus* et *usus* et praepositioni *clam*. (Plaut.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Truc. 5. 10). *Puero opus est* CIBUM. (id. Pseud. 1. 4. 152). *Ad eam rem usus est* HOMINEM *adlutum.* (id. Casin. 2. 8. 31). *Clam meam* UXOREM.

Accusativus additus verbo *exigor.* Ut *exigor pecuniam, portorium.* Quare videntur prisci etiam dixisse: *Exigo te pecunias, portorium;* quae saeculum eruditius rejecit.

§ III. Archaismus in verbo

494. Ad archaismum videntur pertinere verba communia passive usurpata in temporibus imperfectis. (Cic. ap. Prisc. 8. 793). *Hoc restiterat etiam ut a te fictis* AGGREDERER *donis.* (id. ib. 8. 792). *Qui habet, ultro appetitur; qui est pauper,* ASPERNATUR.

Plurima exempla referuntur in verbis *adulor, consequor, consolor, vereor, utor,* aliisque quamplurimis, quae nunc sunt deponentia. Haec notanda videntur potius quam imitanda.

495. *Misereor* et *vereor* impersonaliter usurpata. (Turpil. ap. Non. 7. 80). *Quam* MATRIS, *nunc* PATRIS ME *miseretur magis.* (Pacuv. ib. 9. 3). *Nihilne* TE POPULI *veretur, qui vociferare in via?*

Quos semel imitatus est Cicero (de Fin. 2. 13): *Aristippi Cyrenaicorumque omnium,* QUOS *non* EST VERITUM *in voluptate summum bonum ponere.*

496. Futurum infiniti fixum, id est, nulla numeri aut generis variatione, usurpatum. (Valer. Ant. ap. Gell. N. A. 1. 7). *Haruspices dixerunt* OMNIA *ex sententia* PROCESSURUM *esse.* (C. Gracch. ib. 17). *Credo ego* INIMICOS MEOS *hoc* DICTURUM.

Quos imitatur Cicero (Verr. 2. 5. 65). *Hanc sibi* REM *praesidio sperant* FUTURUM.

Huc videntur pertinere voces illae *amatum ire, lectum ire, oppugnatum ire, perditum ire,* pro *amare, legere, oppugnare, perdere.*

Adverbium in *um* ante comparativum. (Ter. Eun. 42. 51). *Ejus frater* ALIQUANTULUM *ad rem est acidior.*

LIBER TERTIUS

PROSODIA

PRAENOTIONES [437, 438]

497. Vocalium et syllabarum *quantitatem temporibus* (vel *morulis*) metimur, quorum ratione aut *breves* sunt, aut *longae,* aut *communes.*

Tempus est spatium quo vocalis aut syllaba pronuntiatur. Vocalis *brevis* ex uno tempore atque spatio constat: v. gr. *ĕt; longa* duobus: v. gr. *āh; communis* vocatur, quae brevis aut longa esse potest: v. g. *virgŏ* (1).

N. B. Nulla vocalis apud Latinos perpetuo brevis aut longa est: apud Graecos ε et ο, quae ᾰ et ᾰ̃ valent, perpetuo sunt breves; η et ω, quae ῑ et ῑ̃ valent, semper sunt longae.

498. Consonis dimidiata tantum morula tribuitur: unde si vocali brevi simplex consona subjungetur, tum vocalis tum syllaba brevis permanebit: v. gr. *ĕt;* si vero duplicem adjiciemus consonam, longam syllabam efficiemus, etsi brevis persta-

(1) Vocalium omnium brevitatem et longitudinem, quae etiam imperitae multitudini olim nota fuit, ut docet Cic. Or. 51, hodie ne docti quidem distingunt. Latini ut vocales longas in scribendo notarent, modo litteras geminarunt Oscorum et Sabellorum more, modo longiorem formam adhibuerunt (Cf. n. 65), modo punctum aut virgulam imposuerunt productae vocali: verum haec numquam communia fuerunt, et brevi relicta sunt.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Truc. 5. 10). *Puero opus est* CIBUM. (id. Pseud. 1. 4. 152). *Ad eam rem usus est* HOMINEM *adlutum.* (id. Casin. 2. 8. 31). *Clam meam* UXOREM.

Accusativus additus verbo *exigor.* Ut *exigor pecuniam, portorium.* Quare videntur prisci etiam dixisse: *Exigo te pecunias, portorium;* quae saeculum eruditius rejecit.

§ III. Archaismus in verbo

494. Ad archaismum videntur pertinere verba communia passive usurpata in temporibus imperfectis. (Cic. ap. Prisc. 8. 793). *Hoc restiterat etiam ut a te fictis* AGGREDERER *donis.* (id. ib. 8. 792). *Qui habet, ultro appetitur; qui est pauper,* ASPERNATUR.

Plurima exempla referuntur in verbis *adulor, consequor, consolor, vereor, utor,* aliisque quamplurimis, quae nunc sunt deponentia. Haec notanda videntur potius quam imitanda.

495. *Misereor* et *vereor* impersonaliter usurpata. (Turpil. ap. Non. 7. 80). *Quam* MATRIS, *nunc* PATRIS ME *miseretur magis.* (Pacuv. ib. 9. 3). *Nihilne* TE POPULI *veretur, qui vociferare in via?*

Quos semel imitatus est Cicero (de Fin. 2. 13): *Aristippi Cyrenaicorumque omnium,* QUOS *non* EST VERITUM *in voluptate summum bonum ponere.*

496. Futurum infiniti fixum, id est, nulla numeri aut generis variatione, usurpatum. (Valer. Ant. ap. Gell. N. A. 1. 7). *Haruspices dixerunt* OMNIA *ex sententia* PROCESSURUM *esse.* (C. Gracch. ib. 17). *Credo ego* INIMICOS MEOS *hoc* DICTURUM.

Quos imitatur Cicero (Verr. 2. 5. 65). *Hanc sibi* REM *praesidio sperant* FUTURUM.

Huc videntur pertinere voces illae *amatum ire, lectum ire, oppugnatum ire, perditum ire,* pro *amare, legere, oppugnare, perdere.*

Adverbium in *um* ante comparativum. (Ter. Eun. 42. 51). *Ejus frater* ALIQUANTULUM *ad rem est acidior.*

LIBER TERTIUS

PROSODIA

PRAENOTIONES [437, 438]

497. Vocalium et syllabarum *quantitatem temporibus* (vel *morulis*) metimur, quorum ratione aut *breves* sunt, aut *longae,* aut *communes.*

Tempus est spatium quo vocalis aut syllaba pronuntiatur. Vocalis *brevis* ex uno tempore atque spatio constat: v. gr. *ĕt; longa* duobus: v. gr. *āh; communis* vocatur, quae brevis aut longa esse potest: v. g. *virgŏ* (1).

N. B. Nulla vocalis apud Latinos perpetuo brevis aut longa est: apud Graecos ε et ο, quae ᾰ et ᾰ̃ valent, perpetuo sunt breves; η et ω, quae ῑ et ῑ̃ valent, semper sunt longae.

498. Consonis dimidiata tantum morula tribuitur: unde si vocali brevi simplex consona subjungetur, tum vocalis tum syllaba brevis permanebit: v. gr. *ĕt;* si vero duplicem adjiciemus consonam, longam syllabam efficiemus, etsi brevis persta-

(1) Vocalium omnium brevitatem et longitudinem, quae etiam imperitae multitudini olim nota fuit, ut docet Cic. Or. 51, hodie ne docti quidem distingunt. Latini ut vocales longas in scribendo notarent, modo litteras geminarunt Oscorum et Sabellorum more, modo longiorem formam adhibuerunt (Cf. n. 65), modo punctum aut virgulam imposuerunt productae vocali: verum haec numquam communia fuerunt, et brevi relicta sunt.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

bit vocalis: v. gr. *ārs;* quae syllaba duo habet tempora, alterum proprium vocalis brevis, alterum ex utraque consona conflatum. Illa tamen vocalis vocatur etiam longa *positione,* ut ab aliis distinguatur, quae *natura* longae sunt. Ad quantitatem quod attinet, consonarum quae vocalem antecedunt nulla habetur ratio, sed earum solum quae ipsam consequuntur: idque sive ad eamdem syllabam spectent, sive ad diversam, sive etiam ad aliud verbum. (Cf. n. 511).

499. Litterae *liquescunt*, quum tempus integrum non habent; vocales nempe unam morulam, consonae vero dimidiatam (1).

1.° *L* et *r* liquescunt post mutam, si utraque pertinet ad sequentem vocalem: v. gr. *tenĕ-brae;* tunc vero in soluta oratione vocalis brevis est, in carmine vero communis. Quod si pertineant ad diversas syllabas aut verba, vocalem reddunt longam positione: v. g. *ob-ruo, sub rupe.* (Cf. n. 511).

2.° *F* praepositum liquidis *l* et *r*, vim habet mutae, et syllabam facit communem. (Virg. G. 4. 262). *Stridit rĕfluentibus undis.* (Id. Aen. 11. 622). *Mollia colla rĕflectunt.* (Enn. Ap. Hor. S. 1. 4. 61). *Portasque rĕfregit.* Ideo hanc plerique mutis adscribunt.

3.° *S* quamvis immunis ac sui juris sit, (neque enim inter liquidas, aut duplices numeratur), interdum tamen liquescit, ut suo loco dicemus.

4.° *U* post *q* litteram semper liquescit, ut *quare, quaero, quia,* etc. At post *g* et *s* modo liquescit, ut *lingua, langueo, anguis, extinguo, suadeo, suavis;* modo integra est suamque vim retinet, ut *exiguus, suus.*

500. *Jod* quando sit vocalis aut consona (vide in n. 65). Apud Hebraeos semper consonans est, quum vocalibus praeponitur, ut Jesus, *Joannes, Jacobus.* Itaque qui haec atque alia ejusdem generis nomina per *j* consonantem efferunt, optime quidem pronuntiant; qui vero per *i* vocalem, Graecos imitantur. Claudianus (ep. ult.) Graecorum more dixit: *Ne laceres versus, dux* Iacobe, *meos.* Antiquis tamen poëtis major habenda est fides. (Hor. S. 1. 5. 100). *Credat* judaeus *Apella.*

H sitne littera an adspirationis nota, dubium controversumque est; in carmine vix ejus habetur ratio.

(1) Recentiores litteris quae liquescunt, illisque vocalibus, quas communes vocavimus, non tribuunt tempus perfectum, sed prioribus quidem minus dimidiata mora, aliis vero plus simplici: ideo dicunt habere mensuram *irrationalem* vel *incommensurabilem*, et multum disputant de causa.

CAPUT I

PRAECEPTA GENERALIA DE SYLLABARUM BREVITATE AC LONGITUDINE

§ I. De derivatis ac compositis [454-462]

501. Derivata patris naturam verba sequuntur.
Legem simplicium retinent composta suorum.
At cum prole *nĕfas* ex *nē, nĕqueo*que, *nĕfandus*
Corripe, quae ex *pro* et *for, fugio, neptis*que, *nepos*que,
Et *festus, fundus, fateor, fanum*que oriuntur.
Hisce *prŏfecto* addes, pariterque *prŏcella, prŏtervus,*
Atque *prŏpago* genus: *prōpago,* protrahe vitis.
Prōficio ducit, *prŏficiscor* at inde recedit,
Hoc ergo discrimine duc breviave *profectus.*
Prŏpino varia, *prŏcuro, prŏpago, prŏfundo.*
Idem masculeum produc et *ubīque* et *ibīdem.*

502. Derivata sequuntur naturam eorum, a quibus derivantur, ut *lĕgebam, lĕgam, lĕgito* a praesenti *lĕgo:* at *lēgeram, lēgerim, lēgissem* a praeterito *lēgi* orta.

Composita etiam brevitatem vel longitudinem simplicium sequuntur. Sic *perlĕgo, relĕgo, is,* a *lĕgo, is; relēgo, allēgo, as,* a *lēgo, as.*

Exceptiones. 1.ª Adverbium *nē* breviat *e* in *nĕfas* cum compositis *nĕfastus* et *nĕfarius:* item in adjectivo *nĕfandus.*

2.ª Corripitur *prŏ* in *prŏfundus, prŏfugus, prŏnepos* et *prŏneptis, prŏfestus, prŏfari, prŏfiteor, prŏfanus, prŏfecto, prŏfectus* et *prŏfecturus* a *prŏficiscor* (nam a *prōficio* producitur), *prŏcella, prŏtervus,* et *prŏpago* nomen, quum *genus* significat, nam *prōpago,* id est, *vitis depressa,* producitur.
(Lucan. 6. 589). *Quam prior affatur Pompeji ignava prŏpago.*
(Virg. G. 2. 63). *Sed truncis oleae, melius prōpagine vites.*

3.ª *Prŏpino, prŏcuro* et *prŏpago* verbum, primam habent communem. *Profundo, is,* raro eamdem producit; *propello* nonnumquam apud Lucr. eamdem corripit; ut (4. 195). *Est procul a tergo, quae provehat atque prŏpellat.*

4.ª Habent *i* longum *īdem* pronomen virile (pro *isdem*), et *ubīque, ibīdem,* licet sit in *ubĭ et ibĭ* commune.

N. B. Multa, quae originis naturam non sequuntur, videas inferius n. 552.

§ II. De vocali ante vocalem [439, 440]

503. Vocalem breviant alia subeunte Latini.
Produc, ni sequitur *r*, *fīo:* et nomina quintae,
Quae geminos casus *e* longo assumit in *ei*.
Verum *e* corripies *fidĕique spĕique rĕique*.
Ius commune est vati; producito *alīus:*
Alterius ferme rape: *Cāi* et caetera produc
Cum *ēheu, dīus; ŏhe* variabitur, adde *Dīana*.

504. Vocalis ante vocalem in latinis dictionibus brevis est, ut *pŭer, fŭit, rŭit, trăho, prŏhibeo.*

(Virg. Aen. 12. 435). *Disce, pŭer, virtutem ex me verumque laborem.*

Exceptiones. 1.ª *Fīo i* habet longum, nisi sequatur *r*.

(Juvenal. Sat. 2. 135). *Fīent ista palam, cupient et in acta referri.*

Sin *r* sequatur, breve est, ut *fierem, fieri, confieri.*

(Virg. Aen. 4. 115). *Confieri possit, paucis, adverte, docebo.*

2.ª Interrogandi ac dandi casus quintae declinationis *e* producunt inter duo *ii* positum, ut *diēi, speciēi.*

(Hor. Sat. 1. 9. 35). *Ventum erat Vestae quarta jam parte diēi.*

Corripe tamen *rĕi, spĕi, fidĕi*. Quamvis apud Lucretium vox *rei* modo monosyllaba sit, cui saepius additur *i*, modo dissyllaba, *e* producto.

(Lucr. 3. 931). *Aut aliae cujus desiderium insideat rei.*

(Id. 2. 236). *Tempore inane potest vacuum subsistere reii.*

N. B. Apud eumdem Lucretium *e* in *fidei* producta reperitur, quod non videtur imitandum.

(Lucr. 5. 103). *Nec jacere indu manu, via qua munita fidēi.*

3.ª Genitivus in *ius* habet *i* longum in soluta oratione; in carmine tum breve tum longum. *Alius* in genitivo penultimam ubique producit, *alter* corripit apud poëtas heroicos, ne brevis inter duas longas claudatur *(ālterīus);* oratores nunc fere producunt, ut *neutrīus* et alia.

(Virg. Ecl. 1. 7). *Namque erit ille mihi semper deus, illŭs aram.*

(Id. Ecl. 1. 64). *Quam nostro illīus labatur pectore vultus.*

4.ª *Cāi* (pro *Cāj*), *Pompēi* (pro *Pompēj*), *Voltēi* (vid. n. 65, obs. 1.ª), et si qui sunt similes vocandi casus, penultimam habent longam.

(Martial. Ep. 2. 30). *Quod peto da, Cāi, non peto consilium.*

(Ovid. Pont. 4. 1. 1). *Accipe, Pompēi, deductum carmen ab illo.*

5.ª *Ēheu* (pro *heu heu)* et *dīus* priorem habent longam.

(Hor. Sat. 2. 3. 156). *Quanti emptae? Parvo. Quanti ergō? Octussibus. Ēheu!*

6.ª *Ohe* (pro *o he)* et *Dĭana* priorem habent communem.

(Martial. Ep. 4). *Ōhe, jam satis est, ŏhe libelle.* Phaleucius est.

§ III. De diphthongo et vocali contracta [441]

505. Diphthongum produc: dices *prāeuro, prāeustus,*
Longaque vocalis semper contracta sonabit,
Ante *t* finalem ni venerit, ut *monĕt, armăt.*

506. Diphthongus longa est: at praepositio *prae* in compositis, quum vocalem praecedit, brevis est; recentiores aliquando producunt.

(Virg. Ecl. 1. 6). *O Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit.*

(Virg. Aen. 7. 524). *Stipitibus duris agitur, sudibusve prăustis.*

(Stat. Theb. 6. 519). *Prămia, quum vacuus domino prăiret Arion.*

Omnis vocalis contracta longa est, nisi ante *t* in fine sit posita, ut *amăt* (ama-it), *monĕt* (mone-it), *audĭt* (audi-it). At *flūmen* (pro *flŭ-ĭmen), nūmen* (pro *nŭ-ĭmen), perīculum* (pro *peri-ĭculum).*

(Ovid. Pont. 1. 2. 15). *Hostibus in mediis interque perīcula versor.*

(Hor. Od. 2. 14). *Visendus ater flūmine languido.*

(Virg. Aen. 6. 316). *Ast alios longe summotos arcĕt arena.*

507. Juxta hanc regulam longa est vocalis tematica *ā, ē, ī* in 1.ª, 2.ª et 4.ª conjugatione *(amā, monē, audī)*, nisi sequitur vocalis *(audio, monĕam)*, est enim contracta. (Conf. n. 223. et sqq.).

N. B. Prisci poëtae contractam syllabam ante *t* in fine producebant.

Lucret. 1. 71). *Virtutem irritāt animi, confringere ut arcta.*

(Id. 6. 586). *Disturbāt urbes et terrae motus obortus.*

Quem imitatus Juvenalis dixit (Sat. 6. 559):

Magnus civis obīt et formidatus Othoni.

§ IV. De monosyllabis [489]

508. Desierint ni *b, d, t* monosyllaba produc.
Encliticas ac syllabicas rape, ut *hic-ce suo-pte.*
Adjice: *nec re-per-is vir cor-bis an in-ter-ēs os-cis.*
Mel, fel, fer, fac, quis, quā, vel; at pronomen *hic* anceps.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

509. Monosyllaba longa sunt, ea etiam, quae in compositis dumtaxat reperiuntur, ut *fūr*, *sāl*, *sōl*, *dūc*, *ōs*, (ab *os, oris*), *dē*, *ā*, *dī*-vello, *vē*-sanus, *sē*-curus, *sō*-cors, *tū*, *vōs*, *sē*, *mē*, *tē*.

(Ovid. Met. 1. 313). *Sēparat Aonias actaeis Phocis ab arvis.*
(Virg. Aen. 1. 317). *Āmissos longo socios sermone requirunt.*

Exceptiones. 1.ª Monosyllaba *b*, *d*, *t* finita brevia sunt, ut *ăb*, *ŏb*, *sŭb*, *ăd*, *sĕd*, *id*, *ăt*, *ĕt*, *ĭt*, *ŭt*, *dĕt*, *flĕt*, *scit*.

(Virg. Aen. 1. 406). *Dixit; ĕt avertens rosea cervice refulsit.*

2.ª Breves etiam sunt conjunctiones encliticae *que*, *ne*, *ve*, ac syllabicae adjectiones *pte*, *ce*, *te*, ut *suaptĕ*, *hiscĕ*, *tutĕ*.

(Virg. Aen. 1. 132). *Tantanĕ vos generis tenuit fiducia vestri?*
(Id. Aen. 6. 104). *O virgo, nova mi facies inopinavĕ surgit.*

3.ª Brevia pariter sunt:

1.° Nomina *cŏr*, *fĕl*, *mĕl*, *ŏs*, (ossis) *vir*. *Cōr* aliqui producunt.

2.° Pronomina *is*, *quis* et *quă* indefinitum, nisi est in ablativo.

3.° *Ĕs*, (a verbo *sum*), et imperativa *făc*, *fĕr*, pro *făce*, *fĕre*.

4.° Adverbia *bis*, *tĕr*, *cis*, *nĕc*, et conjunctio *vel*.

5.° Praepositiones *in*, *pĕr*.

6.° *An* interrogandi particula, et *rĕ* compositivum, ut *rĕcuso*. *Rĕfert* vero *rē* producit.

4.ª *Hic* pronomen anceps est.

(Ov. Met. 14. 386). *Tum bis ăd occasum, bis sē convertit ăd ortum.*
(Ovid. Trist. 1. 3. 18). *Imbre pĕr indignas usque cadente genas.*
(Virg. G. 3. 49). *Seu quis Olympiacae miretur praemia palmae.*
(Ovid. Pont. 4. 5. 11). *Sī quis, ŭt in populo, quī sitis ĕt unde rĕquirat.*

N. B. Multa ex longis monosyllabis prisci per diphthongum scribebant, ut *sei* pro *sī*, *nei* pro *nī*, *quei* pro *quī*: sic *hīc* adverbium pro *heic*.

§ V. De vocali ante duplicem consonam [442-448]

510. Vocalis longa est, si consona bina sequatur.
Contrahit orator, variant in carmine vates,
Si mutam liquidamque simul brevis una praeibit.

511. Vocalis ante duas consonantes vel ante unam duplicem, et ante *j*, longa est positione, ut *tērra*, *ārma*, *āxis*, *mājor*. Unde *j* habet vim consonae duplicis.

(Virg. Aen. 1. 58). *Lūctantēs vēntōs tēmpēstatēsque sonoras.*
(Id. Ecl. 4. 1). *Sicelidēs musae, paulo mājora canamus.*

Si altera consonans fuerit in fine praecedentis dictionis, altera in principio sequentis, vocalis nihilominus longa erit. At si utraque consonans aut una duplex fuerit in principio sequentis dictionis, nihil fere praecedentem vocalem brevem juvabit. (Cf. n. 498).

(Ovid. Met. 2. 24). *In sŏlio Phoebūs clarīs lucentĕ smaragdis.*
(Virg. Aen. 3. 270). *Jam medio apparēt fluctu nemorosă Zacynthos.*

Exceptio. Vocalis brevis ante mutam et liquidam ejusdem dictionis in soluta oratione corripitur, ut *volŭcris*, *tenĕbrae;* at in carmine communis est. (Cf. n. 499).

(Virg. Aen. 2. 794). *Par levibus ventis, volŭcrique simillima somno.*
(Ovid. Met. 13. 607). *Et primo similis volŭcri, mox vera volūcris.*

N. B. 1.° Necesse est praecedere mutam, sequi liquidam, ut *pĕtra;* alioqui syllaba non liquescit ut *repĕrta*.

Oportet vocalem esse brevem; nam vocalis natura longa numquam corripitur, ut *māter* (μήτηρ), *mātris*.

N. B. 2.° *J* cum alia consona priorem vocalem efficit longam positione: v. gr. *ād Jovem*, *ābjicio*, *cōnjux*. In compositis si prima pars exit vocali brevi natura sua, modo producit, ut *rē-jicio*, *rē-jeci*, *rē-jectum*, modo non producit, ut *bĭ-jugus*, *quadrŭ-jugus*.

(Virg. Aen. 10. 575). *Interea bĭjugis infert se Lucagus albis.*

N. B. 3.° Verbis a *jacio* compositis, ut *abjicio*, *rejicio*, *subjicio*, *etc.* poëtae interdum detrahunt *j*, ut syllabam corripiant; quae tamen aliquando etiam post detractionem producitur. Quod si prior vocalis longa est natura sua, numquam fit brevis: v. gr. *ēicit*, *dēicit*, *prōicit*.

(Sat. Theb. 4. 574). *Tela manu rĕicitque canes in vulnus hiantes.*
Virg. Moret. 95). *Spargit humi atque ăbicit servatum gramine bulbum.*

§ IV. De vocali simplici ante simplicem consonantem

512. Corripe vocalem, sequitur quam consona simplex.

Vocalis simplex, quae loco diphthongi aut contractae vocalis non sit posita, brevis est sequente simplici consonante, ut *ăgilis*, *lĕgiminŏr*, *părĭĕtĭbŭs*.

(Virg. Aen. 6. 669). *Omnibŭs his nivea cinguntur tempŏră vitta.*
(Id. Aen. 6. 647). *Jamque eădem digitis, jam pectine pulsăt ĕburno.*
(Id. Aen. 6. 635). *Corripiunt spătium mĕdium, foribusque prŏpinquant,*
Occŭpăt Aeneas ăditum corpusquĕ rĕcenti.
(Id. ib. 733). *Hinc mĕtuunt, cŭpiuntque, dŏlent, gaudentque, nĕque auras*
Respiciunt, clausae tĕnebris et carcĕre caeco.

N. B. Quoniam non paucae sunt vocales longae ante consonantem, quae aut apparenter dumtaxat sunt simplices, aut si reapse simplices sint, duplex tamen consona sequens simplici consona scribitur, operae pretium erit, regulas tradere praeteritorum supinorumque, incrementorum ac finalium longarum: iis enim pleraeque ex longis vocalibus ante consonantem positis continentur.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

CAPUT II

DE PRAETERITIS AC SUPINIS [449-453]

§ I. De praeteritis ac supinis dissyllabis

513. Praeterita assumunt primam dissyllaba longam.
Sto, do, scindo, fero, sisto, bibo, findo reducunt.

514. Præterita dissyllaba habent priorem longam, ut *vēni, vīdi, vīci:* (Cf. n. 225. 2.ª).

(Virg. Aen. 2. 347). *Quos ubi confertos audere in praelia vīdi.*
(Id. Aen. 2. 324). *Vēnit summa dies et ineluctabile tempus.*

Exceptio. *Stĕti* (a *sto* et a *sisto* neutro), *stĭti* (a *sisto* activo), *dĕdi, scĭdi, tŭli, bĭbi, fĭdi* (a *findo*) corripiunt primam.

(Virg. Aen. 9. 589). *Diffidit ac multa porrectum extendit arena.*
(Martial. Ep. 1. 43). *Dixit et ardentes avido bibit ore favillas.*
(Lucan. 3. 471). *Aut scĭdit et medias fecit sibi littora terras.*

N. B. *Abscidit* ab inusitato *abscīdo (abs-caedo)*, producit penultinam; ab usitato *abscindo* eamdem corripit.

(Lucan. 3. 471). *Abscĭdit impulsu ventorum adjuta vetustas.*
(Id. 4. 502). *Abscīdit nostrae multum sors invida laudi.*

515. Cuncta supina volunt primam dissyllaba longam.
At *reor*, et *cieo, sero* et *ire, sino*que *lino*que,
Do, queo, sisto, ruo breviabunt rite priores.

516. Supina duarum syllabarum habent priorem longam, ut *vīsum, mōtum*, etenim contracta sunt.

(Virg. Aen. 6. 277). *Terribiles vīsu formae, letumque laborque.*
(Id. Aen. 1. 135). *Quos ego.... sed mōtos praestat componere fluctus.*

Exceptiones. A *reor rătum*, a *sero sătum*, ab *eo ĭtum*, a *lino lĭtum*, a *do dătum*, a *sino sĭtum*, a *ruo rŭtum*, a *queo quĭtum*, a *sisto stătum* supina dissyllaba primam corripiunt; verum *stātum* a *sto* longum est.

(Virg. Aen. 2. 25). *Nos abiisse rāti et vento petiisse Mycenas.*
(Id. Aen. 2. 540). *At non ille, sătum quo te mentiris, Achilles.*
(Id. G. 4. 99). *Ardentes auro et paribus lita corpora guttis.*

Citum a *cieo* secundae conjugationis priorem brevem habet: *cītum* vero a *cio* quartae conjugationis priorem producit.

(Virg. Aen. 12. 902). *Altior insurgens et cursu concĭtus heros.*
(Lucan. 5. 597). *Inde ruunt toto concīta pericula mundo.*

Ruo nunc fere caret supino, sed composita habent *rŭtum:* v. gr. *dirŭtum, erŭtum, obrŭtum.* (Cf. n. 146).

(Virg. Aen. 11. 279). *Nec mihi cum Teucris ullum post dirŭta bellum.*

Stātum priorem producere in derivatis *stāturus* et compositis docet Pricianus.

(Lucan. 3. 381). *Tunc res immenso placuit stātura labore.*
(Martial. Ep. 10. 41). *Constātura fuit megalensis purpura centum.*

N. B. *Stătum* tamen in plurimis derivatis corripitur, ut *stătus us, stătus a um, stătio, stătua, stătuo, stăbilis*, et *stăbulum, etc.*, et quum *a* in *i* mutatur in *praestĭtum, constĭtum.*

(Virg. Aen. 2. 23). *Nunc tantum sinus et stătio male fida carinis.*
(Ovid. Fast. 5. 33). *Hic stătus in coelo multos permansit in annos.*

§ II. De supinis polysyllabis

517. *Utum* producunt polysyllaba cuncta supina.
De *vi* praeterito semper producitur *itum.*
Agnitus agnosco, cognosco cognitus effert.
Caetera corripies in *itum* quaecumque supina.

518. Supina in *utum* polysyllaba habent penultimam longam, ut *solūtum, argūtum, indūtum* (n. 229. 1.ª γ).

(Virg. Aen. 9. 236). *Quae ferimus: Rutuli somno vinoque solūti.*

Item supina in *itum* a praeteritis in *īvi*, ut *cupītum, petītum, condītum* (a *condio*). (Cf. ibid. β).

(Ovid. Trist. 4. 1. 3). *Exul eram, requiesque mihi, non fama petīta est.*

Caetera vero supina in *ĭtum*, cum *agnĭtus* et *cognĭtus*, habent penultimam brevem (ibid. 2.ª).

(Virg. Aen. 6. 620). *Discite justitiam monĭti et non temnere divos.*
(Ovid. Trist. 3. 5. 9). *Idque recens praestas, nec longo cognĭtus usu.*

N. B. *Recensītus* non a *recenseo*, sed a prisco *recensio, is, ire* oritur, quare longum ī habet. *Recenseo recensum* facit, *recensĭtum* nullibi est.

(Stat. In Eutrop. 2. 60). *Prisca recensītis evolvite saecula fastis.*

SCHOLION

DE VOCIBUS DERIVATIS EX SUPINO

519. Ex supinis verborum multa nomina tum substantiva tum adjectiva, itemque verba multa oriuntur, quae naturam sequuntur eorum, a quibus derivantur.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

NOMINA

Declinationis 1.ae; ut *vīt-a*, a *vivo*; *nāt-a*, a *nascor* (1).
2.ae Ut *cū-sus*, *peccā-tum*, *lē-tum* (a *leo*, cf. *de-leo*), *nā-tus*, *fū-tum*.
3.ae Ut *creā-tio*, *creā-tor*, *creā-trix*, *vī-sio*, *mūtā-tio*.
4.ae Ut *rī-sus*, *mō-tus*, *vī-sus*, *flē-tus*.

ADJECTIVA

1.° Addita particula *bilis* vel *lis*, ut *vīs-ĭ-bilis*, *rīs-ĭ-bilis*, *sūt-ĭ-lis*, *fūs-ĭ-lis*, *versāt-ĭ-lis*, *umbrāt-ĭ-lis*.
2.° Addita particula *ĭcus*; ut *umbrāt-ĭ-cus*, *venāt-ĭ-cus*.
3.° A derivatis in *or* finitis, gignuntur adjectiva in *ōrius*, ut *purga-tōr-ius*, *cen-sōr-ius*.
4.° Addita particula *ītius*, ut *translāt-ītius*, *advent-ītius*.
N. B. Hujusmodi particula in ortis a nomine habet primum *i* breve, ut *tribunĭtius*: excipe *nov-ītius*, ob metricam necessitatem.

CAPUT III

DE NOMINIS INCREMENTO

520. [462]. Si genitivus singularis par fuerit nominativo syllabarum numero, nullum erit incrementum, ut *musa, musae; dominus, domini.*

Sin longior fuerit, tum penultima genitivi incrementum erit, quae in omnibus casibus utriusque numeri semper genitivi quantitatem servat, ut *sermo, sermōnis, sermōni, sermōnes, sermōnibus;* ubique *ō* longum est. Praeter *bōbus* (pro *bŏvibus* seu *boubus)* ubi *o* producitur, quamvis in genitivo singulari *bŏvis* corripiatur.

§ I. DE INCREMENTO PLURALI NOMINIS [472]

521. Crescentem *a, e, o* pluralem protrahe casum.

A, e, o incrementa multitudinis longa sunt, ut *quārum, hārum, ambābus, rērum, rēbus, hōrum, quōrum.*

(Virg. Aen. 2. 35). *At Capys et quōrum melior sententia menti.*
(Ovid. Pont. 4. 5. 27). *Quum tamen a turba rērum requieverit hārum.*

N. B. In *būbus* (pro *bou-bus*), *sūbus* (pro *su-ibus*), *vīres* (pro *vi-ires*) etiam producuntur *u* et *i* utpote contracta.

(1) Ad structuram horum vocabulorum quod attinet, confer n. 232 et seqq. in quibus reperies eas particulas quae derivationi inserviunt; quarum rationem juverit, quum se offerat occasio, ad traditas ibi regulas exigere. (Cf. n. 242).

§ II. DE INCREMENTO A TERTIAE DECLINATIONIS SINGULARI [465]

522. Incrementum *a* singulare primae declinationis nullum est, nisi longum apud poëtas, ut *aulāi, pictāi.*

In secunda nullum nomen producit incrementum, prima enim et secunda declinatio sunt parisyllabae.

523. Nomen in *a* crescens, quod flectit tertia, produc.
Mascula corripies *al* et *ar* finita, *trăbem*que,
Fax, vas, mas et *anas,* quis jungito *par*que *jubar*que.

524. *A* incrementum singulare tertiae declinationis longum est, ut *pācis, fugācis, pietātis, tribunālis, calcāris, laqueāris.*

(Virg. Aen. 7. 266). *Pars mihi pācis erit, dextram tetigisse tyranni.*
(Id. Aen. 6. 882). *Seu spumantis equi foderit calcāribus armos.*

EXCEPTIONES. 1.ª Excipiuntur masculina in *al* et *ar*, ut *sal, lar, Hannibal, Hamilcar.*

(Virg. Aen. 7. 266). *Vela dabant laeti, et spumas sălis aere ruebant.*
(Sil. 8. 279). *Hannibalem Fabio ducam spectante per urbem.*
(Virg. Aen. 5. 744). *Pergameumque lărem et canae penetralia Vestae.*

2.ª Corripiuntur etiam *fax, vas vădis, mas, (daps) dăpis, anas, jubar, trabs, par* cum compositis *compar, dispar, impar.*

(Virg. Aen. 4. 130). *It portis jubăre exorto delecta juventus.*

SCHOLION

525. In genitivis *animālis, cochleāris,* a nominativis *animal* et *cochlear*, syllabae *āl* et *ār*, juxta traditam incrementi notionem, incrementa sunt. Quum autem hi genitivi iidem maneant, sive a nominativis *animal, cochlear*, sive a nominativis *animālis e*, et *cochleāre* orti censeantur, patet incrementi notionem latius accipi posse, tribuique particulis etiam derivativis *alis* et *are*, quae jam in nominativo reperiuntur additae radicalibus *anima* et *cochlea.*

Porro quemadmodum ex *anima* et *cochlea* fit *animālis* et *cochleāre*, ita fit 1.° ex *fides, fidēlis;* ex *hostis, civis, hostīlis, civīlis;* ex *tribus, contribūlis;* ex *pecus* (*pecūlis*, unde) *pecūlium, pecūnia* (pro *pecūlia*), *pecūliaris, etc.;* 2.° ex *sonos* (nominativo archaico) *sonōrus;* ex *numeros, numerōsus.*

526. Simili ratione ad incrementum *ācis*, ut *fugax, fugācis*, reduci potest terminatio *āceus*, quae per *āginus* etiam efferri solet, ut ex *faba, fabāceus* et *fabāginus*, ex *viola, violāceus*, ex *olea, oleāginus.* Quae praeterea syllaba longa *āg* reperitur, servato *a*, in *farrāgo, inis; imāgo, inis;* a vero in *i* et *u* mutato, in *orīgo, rubīgo* et *lanūgo, salsūgo, aerūgo*, vel *aerūca, lactūca, festūca.*

N. B. Huic formationi reduci possunt 1.° verba in *āgo*, ut *indāgo, as;* 2.° verba in *īgo*, ut *calīgo, castīgo, fatīgo, fustīgo, vestīgo;* caetera breve *i* habent, ut *navĭgo, remĭgo, fumĭgo, etc.;* 3.° nomina *ambāges, strāges, fastīgium, praestīgiae, vectīgal, vestīgium*, et si qua sunt alia. *Harpăgo* graeca est vox (ἁρπάγη).

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

§ III. De incremento e et i tertiae declinationis [466, 467]

527. *En ēnis, vervex, lex, seps, plebs,* protrahe et *hallēc,*
Et *ver, rex, locuples, haeres, mercesque, quiesque.*

Genitivus *enis* penultimam habet longam, ut *ren, rēnis.*
(Hor. Ep. 1. 6. 28). *Quod latus, aut rēnes morbo tentantur acuto.*
Item producuntur, *vervex, lex, seps,* et reliqua quae ponuntur in carmine.
(Virg. G. 1. 43). *Vere novo, gelidus canis quum montibus humor.*
(Juvenal. Sat. 10. 50). *Vervēcum in patria crassoque sub aĕre nasci.*

528. *Ix* protende: *salix* rape cum *vīce, fornīce, varix:*
Samnis, lis, vibex produc *dis, glisque quirisque.*

Nomina syllaba *ix* finita penultimam genitivi habent longam, ut *felix, perdix, coturnix. Fornix* vero, *varix,* cum reliquis in carmine positis, eamdem habent correptam.
(Virg. Aen. 3. 493). *Vivite felīces, quibus est fortuna peracta.*
(Lucan. 3. 684). *Nunc pice, nunc liquida rapuere incendia cera.*
Samnis ītis, glis glīris, vibex vibīcis, lis lītis, dis dītis, quiris quirītis penultimam producunt.
(Pers. Aen. 8. 158). *Si puteal multa cautus vibīce flagellas.*
(Virg. Aen. 6. 27). *Noctes atque dies patet atri janua dītis.*

N. B. Nomina propria quaedam in *orix* ut *Ambiorix, Orgetorix, Vercingetorix* sunt dubiae quantitatis in genitivo. Item gentilia in *ix* ut *Biturix, igis,* et etiam *appendix.*

§ IV. De incremento o et u tertiae declinationis [468-471]

529. *O* longum: genitivus *oris* breve neutrius esto.
Ōris ab *os.* Breviato *memor, bos, compos,* et *impos,*
Et *lepus,* et *praecox, arbor,* cum *Allobroge* et *obs, ops.*

O incrementum tertiae declinationis longum est, ut *sol, vox, ferox, candor, sacerdos, leo leōnis.*
(Ovid. Met. 2. 1). *Regia sōlis erat sublimibus alta columnis.*

Exceptiones. 1.ª Genitivus in *oris* a nominibus neutris, praeter *os ōris,* cui adde comparativa, penultimam habet brevem, ut *marmor, ebur, corpus.*

(Ovid. Met. 2. 1). *Marmŏra quae Spartae Pariisque oriuntur in agris.*
(Virg. Aen. 4. 487). *Componens manibusque manus, atque ōribus ōra.*

2.ª Brevem habent penultimam *memor, bos, compos,* et reliqua supra posita. Item finita in *obs* et *ops,* ut *scrobs, inops.*
(Virg. in Epigr.). *Sic vos non vobis fertis aratra bŏves.*

530. *Fur, lux,* da longis et *frux;* patriusque, si in *udis,*
Uris et *utis* ab *us* recto, producit ubique.
At *ligus* et *pecus* adscribes cum *intercute* curtis.

1.° Incrementum *u* longum est in nominibus *fur* (φώρ), *lux* (pro *louc-s*) et *frūgis,* quibus adde *Pollux, ūcis.*
(Virg. Ecl. 3. 13). *Quid domini faciant, audent quum talia fūres!*
(Tibull. El. 2. 1. 5). *Lūce sacra requiescat humus, requiescat arator.*

2.° Interrogandi casus *udis, utis* et *uris* penultimam habent longam, ut *palus ūdis, virtus ūtis, tellus ūris.*
(Virg. Aen. 12. 435). *Disce, puer, virtūtem ex me verumque laborem.*
Excipiuntur vero *intercus ŭtis, pecus ŭdis, ligus ŭris.*

SCHOLION

531. Quemadmodum ex *caupo, caupōnis* fit *caup-ō-na,* ita ex *tribus, trib-ū-nus;* ex *divus, div-ī-nus;* ex *ple-o* (cf. *impleo*), *pl-ē-nus;* ex *Roma, rom-ā-nus.* Unde series terminationum in *ānus, a, um; ēnus, a, um,* vel *ēna, ae* (ut *av-ē-na, hab-ē-na*); *ēnum, i* (ut *ah-ē-num*); *īnus, a, um* et *īna, ae* (ut *ru-ī-na, tonstr-ī-na*); *īnus, i* et *īnum, i* (ut *pulv-ī-nus, i, tonstr-ī-num, i*); *ōna, ae* (ut *matr-ō-na*); *ōnus, i* (ut *patr-ō-nus, i*); *ūnus, i* et *ūna, ae* (ut *fort-ū-na*); et *ūnus, a, um* (ut *opportūnus, a, um*).

N. B. Hujusmodi terminationis haec videtur esse origo: quemadmodum a *terra* nunc fit *terr-ĭ-gĕna,* a *Troja, troj-ŭ-gena;* ita olim a *terr-a, terr-e-genus;* unde *terreg-nus* seu *terrēnus;* a *Troja, Roma etc., trojānus, romānus* pro *trojagnus, romagnus;* a *divus, divīnus;* a *tribus, tribūnus.* Cf. *benignus, malignus, aprugnus,* pro *benĭgĕnus, malĭgĕnus, aprŭgĕnus.* Quae quidem explicatio vel ipsa significatione derivatorum confirmatur.

532. Terminatio *tūs, tūtis* (eadem ac *tās, tātis*) respondet graecae termination της τητος, ideoque longum est ū, longum.

Eadem vero saepe convertitur in productam formam *tūd-o tūd-inis,* sive servata littera *t,* ut *fort-ĭ-tūdo, valĕ-tūdo,* sive rejecta littera *t,* ut *test-ūdo* (a *test-a*), *hebet-ūdo* (ab *hebet-is*), *hir-ūdo;* quo in casu littera *u* non raro in ī aut etiam ē migrat, ut *lib-ĭdo, form-īdo, dulc-ēdo, torp-ēdo.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

CAPUT IV

DE VERBORUM INCREMENTO

533. [473]. Secunda persona singularis modi indicativi in verbis regularibus norma est, ad quam verborum incrementa diriguntur: cui si verbum sit aequale, nullum erit incrementum, ut *amat, amant,* quia dissyllaba sunt, sicut *amas* (quae norma et regula est incrementorum), nullum habent incrementum.

Sin verbum longius sit una syllaba, unum habet incrementum, ut *amamus, amatis,* quorum penultima incrementum est: nam ultima numquam dicitur incrementum. Si duabus syllabis norma superetur, duo erunt incrementa, ut *amabitis, amabimus;* si tribus, tria, ut *amaveritis, amaverimus;* si denique quatuor, totidem erunt incrementa, ut *audiebamini:* tunc vero prima syllaba quae incrementum est, vocatur incrementum primum, altera incrementum secundum, etc.

In verbis deponentibus fingenda est vox activa, ad quam verborum incrementa dirigantur.

Ultima syllaba, ut modo diximus, numquam est incrementum; prima vero est, si norma ipsa sit monosyllaba, ut *das, fles:* unde *damus, flemus, dabam, flebam,* et caetera dissyllaba unum habent incrementum.

N. B. Oportebit repetere quae supra diximus (n. 507), vocalem nempe thematicam 1.ae, 2.ae et 4.ae inflexionis longam esse, nisi sequitur vocalis; qua una regula plura incrementa continentur.

§ I. De a et e incremento verborum [474, 475]

534. *A* crescens produc: *do* incremento excipe primo.

A in omni verborum incremento producitur, ut *stāmus, stāres, properāmus, docebāmus, legebāmus, audiebāmini.*

(Ovid. Met. 10. 33). *Serius aut citius sedem properāmus ad unam.*
(Virg. Aen. 2. 56). *Trojaque nunc stāres, Priamique arx alta maneres.*

Exceptio. *A* primum dumtaxat incrementum verbi *do, das* corripitur, simul et in ejus compositis.

(Virg. Aen. 2. 145). *His lacrimis vitam dămus et miserescimus ultro.*
(Ovid. Fast. 1. 362). *Jussi et ambitae circumdăre littora terrae.*

535. Plurale *e* longum, et prima incrementa secundae.
Rēreque vel *rēris,* cum *audiēris, amēre, legēris.*
Adde *ēbam:* dicit *stetērunt dedērunt*que poëta.
At plurale *ĕrimus* cum *ĕritis* breviabis ubique.

536. 1.° *E* in omni verborum incremento plurali producitur, ut *amēmus, amavērunt, docerēmus, legerēmur.*

(Ovid. Pont. 4. 3. 36). *Et subito casu quae valuēre ruunt.*

2.° Longum est *e* in primo incremento secundae conjugationis, ut *monētur, docēbor, vidēret.*

(Virg. Ecl. 5. 78). *Semper honos nomenque tuum laudesque manēbunt.*
(Id. Ecl. 1. 71). *Impius haec tum culta novalia miles habebit?*
(Ovid. Fast. 1. 333). *Flēbat Aristaeus, quod apes cum stirpe necatas.*

3.° Longum est *e* in praeterito imperfecto subjunctivi vocis passivae, ut *legerēris* vel *legerēre, amarētur, monerēris.*

(Ovid. Trist. 1. 8. 13). *Ut neque respiceres, neque solarēre jacentem,*
Dure, nec exequias prosequerēre meas.

4.° Longum est *e* in futuro imperfecto passivo verborum tertiae et quartae conjugationis, ut *legēris* vel *legēre, legētur, audiēris* vel *audiēre, audiētur.*

5.° Longum est *e* in praesenti subjunctivi vocis passivae primae conjugationis, ut *amēris* vel *amēre, amētur.*

6.° Longum est *e* in praeterito imperfecto indicativi, ut *legēbam, legēbar, audiēbam, audiēbar.*

(Virg. Ecl. 1. 29). *Candidior postquam tondenti barba cadēbat.*
(Ovid. Pont. 1. 1. 27). *Jamque quiescēbant voces hominumque canumque,*
Lunaque nocturnos alta regēbat equos.

7.° Poëtae in praeterito perfecto indicativi litteram *e* ante *runt* syllabam pro suo jure interdum corripiunt.

(Virg. Aen. 2. 774). *Obstupui, stetĕruntque comae, et vox faucibus haesit.*

8.° Breve est *e* in omnibus personis temporum, quae *ero* et *erim* finiuntur, ac propterea etiam ubi est incrementum plurale: sic *amavĕro, monuĕris, legĕrit, amavĕrimus, audivĕritis,* etc.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

§ II. De incremento i, o, u verborum [476-479]

537. Tertia praeteritum cum quarta ducit in *ivi*.
Et quodvis quartae crementum *i* protrahe primum.
Simus, nolimus, junges *nolito, velimus.*
Ri conjunctivi possunt variare poëtae.

538. 1.° Penultima praeteriti in *ivi* longa est, ut *petīvi, audīvi*. (Cf. n. 225. 3.ª).

(Virg. Aen. 2. 804). *Cessi, et sublato montem genitore petīvi.*

2.° Longum est primum incrementum quartae conjugationis, ut *audīmus, audītis, audīrem, audīrer, audīri*, ob contractionem. (Cf. n. 507).

(Virg. Aen. 3. 83). *Jungimus hospitio dextras, sub tecta subīmus.*

3.° Longum *i* etiam habent *sīmus, sītis, velīmus, velītis,* cum compositis *possīmus, etc.* Item *nolīto, nolīte.*

(Ovid. Met. 1. 415). *Et documenta damus, qua sīmus origine nati.*
(Id. Pont. 4. 5. 11). *Si quis ut in populo, qui sītis et unde requirat.*

4.° *Ri* syllabam modi conjunctivi, ut *amaverimus, amaveritis*, poëtae modo corripiunt, modo producunt, prout versus postulat.

(Ovid. Met. 6. 357). *Accepisse simul; vitam dederītis in unda.*
(Id. Pont. 4. 5. 45). *Haec ubi dixeritis, servet sua dona, rogate.*
(Catull. 5. 10). *Dein, quum millia multa fecerīmus.* (Phaleucius est).

539. *O* produc. Longum *u* reddent tibi verba futuri.

O in verborum incrementis semper producitur, ut *facitōte, legitōte.*
(Ovid. Met. 9. 378). *Quumque loqui poterit, matrem facitōte salutet.*

U producitur in futuro in *urus*, ut *amatūrus, lectūrus.*
(Virg. Aen. 12. 55). *Flebat, et ardentem generum moritūra tenebat.*

CAPUT V

DE ULTIMIS SYLLABIS

§ I. A, e in fine [481-485]

540. *A* longum: praeter sextum sed corripe *Musa,*
Et neutrum in plurali; *ità* cum *quiă,* contrahe et *ejă.*

A finita longa sunt, ut *memorā, contrā, ultrā, anteā, frustrā, trigintā, quadragintā;* quamquam haec numeralia interdum correpta reperiuntur (1).

(Virg. Aen. 1. 11). *Musă, mihi causas memorā, quo numine laeso.*
(Id. Aen. 3. 391). *Trigintā capitum foetus enixă jacebit.*
(Juvenal. Sat. 2. 1). *Ultrā Sauromatas fugere hinc libet et glacialem.*

Exceptiones. 1.ª Nomina primae declinationis in casu nominandi et vocandi brevem litteram *a* retinent. (Cf. n. 211).

(Virg. Aen. 1. 11). *Musă, mihi causas memora, etc.*

2.ª Casus plurales in *a* neutrorum corripiunt *a*.

(Ovid. Fast. 6. 771). *Temporă labuntur, tacitisque senescimus annis.*
(Id. Met. 11. 359). *Templă mari subsunt, nec marmore clară nec auro.*

3.ª Breve est etiam *a* in *ità, quiă, ejă.*

(Virg. Aen. 3. 273). *Haud ità me experti Bitias et Pandarus ingens.*

541. Esto *docē* longum: produc vocabula quintae,
Atque *ferē, fermē*que, *famē* simul: et *(malĕ* dempto
Ac *benĕ)* produces adverbia cuncta secundae.

1.° Verba imperativi modi, numeri singularis, secundae conjugationis, *e* producunt, ut *monē, habē.* (Cf. n. 507).

(Virg. Aen. 7. 41). *Tu vatem, tu, diva, monē: dicam horrida bella.*

N. B. *Cave* saepius, *vide, vale, responde* interdum corripiuntur. Multa enim verba, quae nunc ad secundam conjugationem pertinent, olim ad tertiam pertinebant.

2.° Producuntur nomina quintae declinationis, ut *diē.* (Cf. n. 216).

(Virg. G. 4. 466). *Te, veniente diē, te, decedente, canebat.*

3.° Producuntur etiam *ferē, fermē, famē* (a prisco *fames, ei).*

(Virg. Aen. 6. 421). *Objicit: ille famē rabida tria guttura pandens.*

4.° Longa denique sunt adverbia ab adjectivis primae declinationis profecta (exceptis *malĕ, benĕ* et quandoque *superne* et *inferne),* ut *placidē, callidē, minimē.*

(Martial. Ep. 9. 59). *Excipe sollicitos placidē mea dona libellos.*
(Id. Ep. 2. 7). *Nil benĕ quum facias, facis attamen omnia bellē.*
(Lucr. 5. 596). *Tecta supernĕ timent, metuunt infernĕ cavernas.*

(1) Adverbia *a* finita recentiores opinantur ablativos esse primae declinationis, ut *rectā* subaudi *via,* ideoque *a* producunt.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

§ II. I, o, u IN FINE [486-488]

542. *I* produc. Commune *mihi, tibi* junge *sibi*que.
Ac *ibi, ubi, cui:* sed *quasi* cum *nisi* corripe semper.

I vocali terminata longa sunt, ut *classī, fierī.*
(Virg. Aen. 6. 1). *Sic fatur lacrimans, classīque immittit habenas.*

EXCEPTIONES. 1.ª Commune est *i* in *mihĭ, tibĭ, sibĭ, ubĭ, ibĭ et cuĭ,* quando dissyllabum est.
(Virg. Aen. 6. 1). *Post mihi non simili poena commissa luetis.*
(Id. Ecl. 10. 1). *Extremum hunc, Arethusa, mihī concede laborem.*
(Martial. Ep. 1. 105). *Sed norunt cui serviant leones.* (Phaleucius est).

2.ª Corripe *nisĭ* et *quasi.*
(Ovid. Pont. 4. 2. 45). *Quid nisi, Pierides, solatia frigida restat?*

543. *O* datur ambiguis. Verum producta sonabunt
Ergō pro *causa,* ternus sextusque secundae,
Atque *adeō* atque *ideō,* atque adverbia nomine nata.
Sed *citŏ* corripies, *modŏ*que et *sciŏ, nesciŏ* et *immŏ,*
Et *duŏ.* Sit varium *serŏ* et conjunctio *verŏ.*

O finita ambigua sunt, *ambŏ, quandŏ, optŏ, vigilandŏ.*
(Martial. Ep. 4. 90). *Ponderŏ, potŏ, canō, ludō, lavŏ, coenŏ, quiesco.*
(Juvenal. Sat. 3. 232). *Plurimus hic aeger moritur vigilandŏ; sed illum.*

EXCEPTIONES. 1.ª Longum est *o* in dativis et ablativis, ut *somnō, tuō.*
(Virg. Aen. 2. 265). *Invadunt urbem somnō vinōque sepultam.*

2.ª *Ergō* pro *causa, adeō, ideō,* et adverbia e nominibus orta, longa sunt, ut *subitō, meritō,* (sunt enim ablativi secundae declinationis, subaudito nomine *modo*). *Serŏ* et *verŏ* (particula) communia sunt.
(Virg. Aen. 1. 88). *Eripiunt subitō nubes caelumque diemque.*
(Martial. Ep. 5. 68). *Serŏ dedit poenas, discerpi noxia mater.*
(Valer. Flacc. 5. 321). *Quod petimus; sin verŏ preces et dicta superbus.*

3.ª Corripiuntur *citŏ, imŏ,* et *modŏ,* ejusque composita *quomodŏ, postmodŏ, dummodŏ, etc.*
(Mart. Ep. 9. 43). *Tam subitō corvus, qui modŏ cycnus eras?*
(Id. Ep. 5. 66). *Alcidae citŏ dii, sed tibi serŏ dabunt.*
(Id. Ep. 6. 94). *Non habet ergo aliud? non habet immŏ suum.*

4.ª Haec quatuor *sciŏ, nesciŏ, duŏ* et *egŏ* corripiuntur.
(Virg. Ecl. 3. 103). *Nesciŏ quis teneros oculos mihi fascinat agnos.*

N. B. 1.º *Duo* et *ego* producuntur interdum beneficio caesurae: monendi tamen pueri, ut semper corripiant.

N. B. 2.º Praeter *ego* et *duo,* praeter *scio* et *nescio,* nullus nominis casus, nulla verbi vox apud antiquiores poëtas, ut Lucrecium et Virgilium, nisi producta reperitur. Idipsum in odis et epistolis servat Horatius. Certe e posterioribus praestantiores poëtae, quamvis in ea re minus religiosi fuerint, fuere tamen *o* in fine corripiendo parciores: quod, qui elegantiae student, studeant imitari.

544. *U* veluti *cornu* semper producta sonabit.

U finita longa sunt, ut *cornū, manū.* (Cf. n. 215).
(Ovid. Met. 11. 324). *Nec mora, curvavit cornū nervoque sagittam.*

§ III. As, es, is IN FINE [497-503]

545. *As, es* produces: breviat sed tertia rectum,
Si patrii breve sit crementum: queis *penĕs* adde.
Duc etiam *paries, aries, abies*que *Ceres*que.

As et *es* finita longa sunt, ut *pietās, amās, amabās, meās, bovēs, monēs, legerēs.*
(Virg. Ecl. 1. 9). *Ille meās errare bovēs, ut cernis, et ipsum.*
(Id. Ecl. 1. 40). *Ipsi te fontēs, ipsa haec arbusta vocabant.*

EXCEPTIONES. Corripe *penĕs,* et nomina tertiae declinationis, quae crescunt in oblicuis penultima brevi, ut *lampăs, ădis; divĕs, ĭtis; pedĕs, ĭtis.*
(Virg. Aen. 2. 22). *Insula divĕs opum, Priami dum regna manebant.*
(Id. Aen. 6. 881). *Obvius armatum seu quum pedĕs iret in hostem.*
(Hor. A. P. 72). *Quem penĕs arbitrium est et jus et norma loquendi.*

N. B. *Arĭēs, parĭēs, abĭēs* necessitate metrica *ēs* producunt; producit etiam *Cerēs.*

546. Protrahit *is audis,* plurales adjice casus,
Hisque *velis, nolis, Samnis Samnitis* adhaerent.

1.º *Is* producit secunda persona singularis numeri praesentis indicativi quartae conjugationis, ut *audīs, nescīs, sentīs.* (Cf. n. 507).
(Martial. Heroid. 1. 33). *Nescīs, heu, nescis dominae fastidia Romae.*

2.º Producuntur etiam casus omnes multitudinis, ut *musīs, virīs, nobīs, vobīs.*
(Virg. Aen. 1. 91). *Praesentemque virīs intentant omnia mortem.*

3.º Producuntur tandem *nolīs, velīs, Samnīs,* et si quod aliud nomen *is* finitum crescit *i* longo in genitivo.

N. B. *Is* atque *es* casus multitudinis prisci diphthongo *ei* scribebant, ut *omneis, civeis, latineis.* (Cf. n. 214. 7.º).

§ IV. Os, us IN FINE [504-506]

547. Vult *os* produci: *compos* breviatur et *impos*.

Os finita longa sunt, (exceptis *compŏs* et *impŏs*), ut *animōs*, *sonorōs*.

N. B. *Os* in pluralibus casibus contractum est: (cf. λόγους).

(Virg. Aen. 1. 62). *Sceptra tenens: mollitque animōs et temperat iras.*
(Ovid. Art. Am. 1. 484). *Insequere, et voti postmodo compŏs eris.*

548. *Us* rectum, patrii si est longa penultima, produc. Exceptis recto et quinto, duc nomina quartae.

Us producitur in nominibus tertiae, quae crescunt in obliquis penultima longa, ut *salūs*, *tellūs*, *palūs*; et in nominibus quartae, praeter nominativum et vocativum singularis numeri, ut *aditūs*, *vultūs*.

(Ovid. Met. 1. 109). *Mox etiam fruges tellūs inarata ferebat.*
(Martial. Ep. 8. 65). *Hos aditūs Urbem Martis habere decet.*

N. B. *Us* in nominativis tertiae ponitur pro ης. In genitivo singulari quartae *us* aequivalet; in tribus casibus pluralis est pro *ues*; *sensu-es* ut *sermon-es*. (Cf. n. 215).

CAPUT VI

DE SYLLABA COMMUNI ATQUE DE NECESSITATE METRICA

§ I. De syllaba communi [507-511]

549. 1.° Diphthongus et vocalis longa communes fiunt, quum vocalem diversae dictionis praecedunt.

(Virg. Aen. 8. 108). *Credimus? an quĭ amant, ipsi sibi somnia fingunt?*
(Id. G. 1. 281). *Ter sunt conatī imponere Pelĭō Ossam.*

2.° Monosyllaba brevia interdum a poëtis more Graecorum producuntur.
(Virg. Aen. 3. 91). *Liminaquĕ laurusquĕ dei totusquĕ moveri.*

3.° Syllaba brevis, post quatuor primos pedes, praesertium secundum et tertium, relicta, nonnumquam a poëtis producitur, quam grammatici *caesuram* vocant.

(Virg. Aen. 4. 64). *Pectoribūs inhians spirantia consulit exta.*
(Id. Aen. 5. 521). *Ostentans artemque patĕr, arcumque sonantem.*

4.° Ultima versus syllaba communis effertur, non quod propriam mutet quantitatem, sed quia *postrema syllaba*, ut ait Cicero (Or. 64), *brevis an longa sit, ne in versu quidem refert.*

§ II. De necessitate metrica [512, 513]

550. Lex necessitasque metri poëtas interdum cogit syllabas breves per ectasim producere, velut quum sunt tres vel quatuor breves continuae in carmine heroico. Tunc producunt:

1.° Primam, ut *Italia*, *Prīamides*, *Arabia*.
(Virg. Aen. 3. 254). *Ibitis Italiam, portusque intrare licebit.*

2.° Secundam: sic *nŏvītius* producit secundam syllabam, cujus *i* breve est in terminatione *ĭtius* nominibus adjuncta, ut *tribūnĭtius*, licet in verbis sit longum, ut *translātitius*.

Item in verbis desiderativis terminatio *ŭrio* habet *u* breve; at si praecedat brevis syllaba, producitur *ū*, ut *lĭgūrio*, *scătūrio*, et e converso *pārtŭrio*, *coenātŭrio*.
(Hor. A. P. 139). *Partŭrient montes, nascetur ridiculus mus.*
(Id. Sat. 1. 3. 81). *Semesos pisces tepidumque ligūrierit jus.*

N. B. In diminutivis factis ope terminationis *ĭculus*, *ĭcula*, *ĭculum*, producit *i*, ut *ănīcula*, *fĕbrīcula*, *pĕdīculus*, *căbīculum*, quando syllaba praecedens *i* est brevis; alioqui hujusmodi *i* breve est, quia est euphonicum, ut *follĭculus*, *agnĭculus*, *aedĭcula*, *aurĭcula*, *conventĭculum*. Excipe *crātĭcula* et *clāvĭcula*.

3.° Tertiam in nominibus finitis particula *monia* vel *monium*, ut *sanct-ĭ-mōnia*, *test-ĭ-mōnium*. *patr-ĭ-mōnium*.

4.° Tandem postremam, ut *abiēs*, *ariēs*, *pariēs*.

N. B. Huc pertinet *imbēcillis* vel *imbēcillus* a *bācillus*, ne brevis inter duas longas clauderetur.

551. Eadem metrica necessitate longae syllabae per systolen corripiuntur, ut quum brevis inter duas longas est in carmine heroico, ut *prōfŭĕrunt* pro *prōfūĕrunt*, *cōntŭlĕrunt* pro *cōntŭlērunt*, *sēmĭsŏpitus* pro *sēmĭsōpitus* (a *sōpitus*).
(Prop. El. 2. 3. 25). *Haec tibi contulĕrunt caelestia munera divi.*
(Tibull. El. 2. 3. 12). *Nec cithara intonsae profuĕruntve comae.*

Interdum vero poëtae, ut quibus quidlibet audendi semper potestas fuit, abutuntur syllabis, easque corripiunt nulla necessitate coacti.
(Virg. Ecl. 4. 61). *Matri longa decem tulĕrunt fastidia menses.*
(Id. Aen. 3. 48). *Obstupui, steterĕruntque comae, et vox faucibus haesit.*
(Tibull. El. 4. 5. 4). *Servitium et dedĕrunt regna superba tibi.*

APPENDIX I

552. Multa sunt verba composita ac derivata ab eodem themate, quorum alia longam, alia brevem habent quantitatem.

A

Ac- ăcer is, ăcerbus, ăcernus, ăcesco, ăcetum, ăcia, ăcidus, ăcies, ăcredula, ăculeus, ăcuo, ăcus:
ācer, ācridulus, ācrimonia, ācritas, ācriter, ācritudo.

Ar- ărena, ărenaria, ărenatus, ărenosus:
ārea, āreo es, āreola, āridus.

Car- cărĕo: cārus.

Frag- frăgilis, frăgor oris, frăgosus:
frāga orum, refrāgor, suffrāgium, suffrāgo inis, suffrāgor aris.

Lab- lăbo, lăbefacto; lābor, eris *et composita*.

Lat- lăteo *et composita*; lāterna.

Mac- măceo, măcesco, măcer:
mācero, māceria: măceries.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Man- mănĕo : māno, as, *cum compositis.*
Pac- păc-iscor : păc-is *(a* pax), pāco, as.
Par- părio *et* păro *cum compositis :* pāreo.
Plac- plăceo *cum compositis :* plāco.
Sag- săgax : sāga, praesāgus, praesāgio.
Vad- văd̆um : vādo, invādo, etc. (cf. βαίνω).
Var- văricosus : vārus, vāricus, vārico as, vārix.

E

Cer- cĕres, eris : cēritus *vel* cerritus, a, um.
Jer- dejĕro, pejĕro : *e* in *u* verso : jūro.
Sec- sĕco, *et composita :* sīca. *Item* sĕcus *ac* sēcius.
Sed- sĕdeo, sĕdile, as-sĭd-uus, as-sĭd-eo, as-sĕd-o onis, in-sĭd-iae, dis-sĭd-ium, prae-sĭd-ium, sub-sĭd-ium, deses de-sĭd-is, praeses prae-sĭd-is, obses ob-sĭd-is : sēdo as, sēd-es is, sēd-ulus, sīd-o *cum compositis* as-sīd-o, in-sīd-o, etc.

I

Dic- dĭcax, dĭco as, index in-dĭcis *ac derivata,* dĭcus *in compositis, ut* maledĭcus, causidĭcus :
dīco, is (cf. δείκ-νυμι) *cum compositis,* mendīcus.
Fid- fĭdes, *cum derivatis* fĭdelis, etc. ; perfĭdus :
fīdo *cum compositis ac derivatis, ut* confīdo ; fiducia, fīdus, infīdus, malefīdus.
Fig- fĭgulus, fĭgura, fĭguro, as :
fīglina, fīglinum i, fīglinus a um, *(a* fi-*n*-go).
Hil- nihĭlum : hīlum.
It- ambĭtus us : ambītus a um.
Lib- delĭbutus : lībo, as (cf. λείβω).
Pil- pĭlus, pĭlo as : pīlo as, *sensu metaphorico.*

O

Com- cŏma, cŏmans, cŏmatus : cōmo is, cōmiter.
Glom- glŏmus i, glŏmero, as : glōmus eris.
Hom- hŏmo : hūmanus.
Son- sŏno, etc. : persōna, persōnatus.
Sop- sŏpor, sŏporo as, sŏporus, semisŏpitus :
sōpio *cum compositis ac derivatis.*
Voc- vŏco as *cum compositis ac derivatis,* univŏcus, aequivŏcus :
vōcis *(a* vox, cf. ἠχώ), *derivata ut* vōcalis, etc. con-vīc-ium, in-vīto *(pro* invic-to, as).

U

Cu- *in* occŭlo : *intenditur per* a *in* caul-a ; au *vertitur* in ē in cēlo, as.
Duc- dŭcis (a *dux),* redŭcis, tradŭcis (a *reduc, traduc)* dŭcatus, edŭco, as ; dūco is, *cum compositis* (cf. priscum *douco).*
Luc- lŭcerna, lĭquet.
lūceo *et composita* (cf. priscum *louceo),* oblīquo, oblīquus, līquor, līquidus, līquo as.
Pus- pŭsillus : pūsus, pūsa, pūsio, pūsilla *vel* pūpus, pūpa, pūpillus, pūpilla (cf. *pausa, paucus, pauper, paulus).*
Put- pŭto, *(podar) :* pūtus *vel* pūrus, prae-pūt-ium.
Rub- rŭbeo, rŭbor, etc. *praeter* rūbigo *ac* rūbiginosus.
Rud- rŭdo *ac* rūdo *indiscrete dicitur.*

APPENDIX II

553. Catalogus particularum, quae derivationi inserviunt, in quibus vocalis longa ante consonam reperitur.

A

ābilis . . . amābilis.
ābrum . . . flābrum.
ābula, um . . fābula.
ābundus . . populābundus.
āceus . . . fabāceus.
āculum . . . mirāculum.
ācundus . . irācundus.
āginus . . . oleāginus.
āgo . . . . indāgo, as ; inis.
ālis . . . . trabālis.
āmen . . . certāmen.
āmentum . . fundāmentum.
ānus . . . . romānus.
āre . . . . alveāre.
āris, e . . . militāris.
ārium . . . armārium.
ārius . . . sagitārius.
āticus . . . aquāticus.
ātilis . . . versātilis.
ātim . . . . turmātim.

E

ēbilis . . . flēbilis.
ēdo . . . . dulcēdo.
ēla, ēlia . . tutēla.
ēlis . . . . crudēlis.
ēmen . . . sēmen.
ēmentum . . crēmentum.
ēmus . . . suprēmus.
ēna . . . . habēna.
ēnum . . . venēnum.
ēnus . . . . vicēnus.
ēsimus . . . vicēsimus.
ēta . . . . monēta.
ētum . . . quercētum.

I

īdo . . . . cupīdo.
īgo, inis . . calīgo, inis.
ītim . . . . virītim.
īva . . . . olīva.
īvus . . . . captīvus.

O

ōbilis . . . nōbilis.
ōmen . . . nōmen.
ōmentum . . mōmentum.
ōna . . . . matrōna.
ōnus . . . . patrōnus.
ōrus, ōrius . amatōrius.
ōsus . . . . otiōsus.

U

ūbilis . . . nūbilis.
ūca . . . . lactūca.
ūco . . . . mandūco.
ūdo . . . . testūdo.
ūgo . . . . lanūgo.
ūlis . . . . curūlis.
ūmen . . . nūmen.
ūmentum . . jūmentum (1).
ūna . . . . fortūna.
ūnus . . . . tribūnus.
ūra . . . . natūra.

554. Ex his quae littera *i* incipiunt, pleraque modo breve modo longum *i* habent.

ibilis, ibulum, ibundus, icundus vulgo *i* breve retinent ; producunt vero ea, quae a quarta conjugatione derivantur, ut *audībilis, sitībundus* (a *sitio).*

ica longum in *amīca, formīca, lectīca, mīca, rubrīca, urtīca, vesīca,* breve in *fabrĭca, manĭca, pedĭca, pertĭca, scutĭca, tunĭca.*

icus longum in *amīcus, aprīcus, antīcus* (ut *antīquus), lumbrīcus, mendīcus, postīcus, umbilīcus ;* in aliis breve ut *hostĭcus, tetrĭcus.*

igo (as, are) longum in *calīgo, castīgo, fatīgo, fustīgo, instīgo, vestīgo ;* alias breve, ut *navĭgo, remĭgo, etc.*

ile longum in substantivis, ut *cubīle, ancīle ;* breve in adjectivis substantive sumptis, ut *reptĭle, volatĭle* (subaudi *animal).*

---

(1) Excipe *doc-ŭ-mentum, mon-ŭ-mentum, noc-ŭ-mentum, teg-ŭ-mentum,* in quibus ŭ loco ĭ positum est.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ilis longum in derivatis a nomine, ut *hostīlis, civīlis;* breve in derivatis a verbo, ut *sutĭlis, utĭlis, missĭlis.*

imen, imentum longum in derivatis a quarta conjugatione, ut *munīmen, parīmentum;* breve in derivatis a tertia, ut *tegĭmen, monĭmentum.*

ina vulgo longum, ut *ruīna, pruīna, officīna;* breve in *asĭna, domĭna, lamĭna, māchĭna* (μηχανή), *pagĭna, palĭna, sarcĭna, trutĭna.*

inus longum generatim, ut *divīnus, caprīnus;* breve.

1.° quando significat materiam ex qua, ut *cupressĭnus, chrystallĭnus, hyacinthĭnus, cērĭnus* pro *ceri-us* vel *cereus,* (cf. κήρινος).

2.° in *crastĭnus, diutĭnus, pristĭnus, serotĭnus.*

3.° in his: *acĭnus* et *acĭnum, asĭnus, coccĭnum, domĭnus* (pro *domnus*), *facĭnus, pampĭnus, terminus* (a *termen, ĭnis*).

itius vel *icius,* longum in derivatis a verbis, ut *translatīcius;* alias breve, ut *tribunĭtius, propĭtius.*

itus longum in adjectivis, quae videntur esse participia obsoletorum verborum quartae conjugationis, ut *aurītus, marītus, turrītus;* breve autem, 1.° in adverbiis ut *fundĭtus, penĭtus, radicĭtus;* 2.° in nominibus tertiae, ut *servĭtus:* in his duobus casibus *i* euphonicum est (cf. *sub-tus, vir-tus*).

CAPUT VII

DE VOCIBUS GRAECOLATINIS

555. Graecae voces, quae in romana lingua reperiuntur, duplicis sunt generis: aliae enim posterioribus temporibus ex lingua graeca a latinis scriptoribus sunt desumptae, eodem pene modo, quo nostris temporibus a sapientibus desumuntur ad novas res significandas, ut *telegramma.*

Aliae vero reperiuntur in lingua latina, non quod ea a graecis romani fuerint mutuati, sed quia tum graeci tum latini ab antiquiore lingua acceperunt.

Prioris generis voces *graecolatinae* nuncupantur, continentque omnes illas dictiones, in quibus sequentes litterae reperiuntur: *z,* ut *zēlus* (ζῆλος); *y* ut *hȳdrus* (ὕδρος), *gȳrus* (γῦρος), *asȳlum* (ἄσυλον), *papȳrus* (πάπυρος); *rh* ut *rhetor* (ῥήτωρ), *ch* ut *lĭchēn* (λειχήν), *ph* ut *pharetra* (φαρέτρη), *th* ut *thōrax* (θώραξ), et multas earum, quae littera aspirata incipiunt, ut *hēpar* (ἧπαρ), *hōra* (ὥρα), *hērōs* (ἥρως), aliasque quamplurimas, quae ullo vix signo dignosci possunt.

Hujusmodi graecolatinae dictiones quantitatis leges prosodiae graecae retinent, quae non raro latinae prosodiae opponuntur.

§ I. De vocali ac diphthongo

556. Graecolatinae dictiones saepe vocalem ante vocalem producunt, sive vocalis simplex sit, ut *āër,* sive diphthongo graecae respondeat, ut *elegīa, Darīus, paradīsus, crocodīlus,* in quibus *i* respondet ει diphthongo.

Chorēa et *platēa* nonnumquam a poëtis corripiuntur.

Non raro, soluta diphthongo, ε in *ē,* necessitate metrica, mutatur, ut *elegēia, Cytherēia.*
(Virg. Aen. 6. 644). *Pars pedibus plaudunt chorĕas, et carmina dicunt.*
(Hor. Ep. 2. 2. 71). *Purae sunt platĕae, nihil ut meditantibus obstet.*
(Ovid. Am. 3. 9. 3). *Flebilis indignos, elegēia, solve capillos.*

N. B. *Idea, Andreas, sophia, philosophia, symphonia, etymologia,* et alia quamplurima, vocalem ante vocalem corripiunt; licet eadem nomina acuta penultima multi viri docti more Graecorum in soluta oratione pronuntient. (Cf. n. 640. N. B. 1.°).
(Hor. A. P. 374). *Ut gratas inter mensas symphonĭa discors.*

557. *M* et *n* in graecolatinis dictionibus liquescunt, quare vocalis brevis ante mutam et *m* aut *n* communis est, ut *cȳcnus, Tēcmessa, therāpne,* vel *cўcnus, Tĕcmessa, therăpnae.*
(Hor. Od. 2. 4. 6). *Forma captivae dominum Tĕcmessae.* (Sapphicus est).
(Id. Od. 4. 3. 20). *Donatura cўcni, si libeat, sonum.* (Asclepiadeus est).

O in graecis dictionibus claudens priorem compositi partem corripitur, ut *Cymŏthoe, Carpŏphorus, argŏnauta, Leucŏpetra,* quando per *omicron* scribitur; producitur autem si scribatur per *omega* ut *geōmetra, minōtaurus, lagōpus.*

558. Corripe *a* Grajugenum et *pro;* at longum *prōlogus* esto.

A et *pro* graecae particulae breves sunt in compositione, ut *ătomus, Prŏpontis;* sed *prōlogus* habet *o* longum.
(Ovid. Pont. 4. 9. 118). *Misit in has si quos longa Prŏpontis aquas.*
(Ter. Andr. prol. 5). *Nam in prōlogis scribundis operam abutitur.*

§ II. De nominis incremento

A

559. Quae *a* et *as* finiuntur, ut *poëma, stemma, Pallas adis,* et quae consonantem habent ante *s,* ut *arabs,* incrementa habent brevia.
(Hor. A. P. 99). *Non satis est pulchra esse poëmăta, dulcia sunto.*
(Ovid. Fast. 4. 569). *Non modo thurilegos Arăbas, modo despicit Indos.*

Breve etiam habent incrementum, quae sequuntur:

Dropaca, atque *anthraca, atraca* cum *smilace bacchar,*
His *atacem, panacem, colacem, styracem*que coopta,
Atque *abacem, coracem, phylacem* cum *nectare* et *hepar.*

(Virg. Cir. 168). *Non styrăce ideo flagrantes tincta capillos.*
(Ovid. Met. 4. 283). *Non Crocon in parvos versum cum similăce flores.*
(Virg. Ecl. 4. 19). *Errantes hederas passim cum bacchăre tellus.*

E

560. Genitivi *enis, eris, etis,* praeter *aëris, aethĕris,* penultimam habent longam, scribuntur enim per *eta,* ut *sirēnis, cratēris, tapētis, lebētis;* quibus adde hebraica in *el* (graece enim efferuntur per ηλ), ut *Michaēlis.*
(Virg. Aen. 1. 724). *Cratēras magnos statuunt et vina coronant.*
(Ovid. Horoid. 3. 31). *Viginti fulvos operoso ex aere lebētas.*
(Juven. Sat. 10. 50). *Vervecum in patria crassoque sub aĕre nasci.*

I et Y

561. Genitivus *inis* vel *ynis* penultimam producit, ut *delphīnis, Salamīnis:* item *Nesis īdis, gryps grȳphis.*
(Virg. Ecl. 8. 56). *Orpheus in silvis, inter delphīnas Arion.*

Quum patrius exit in *gis,* praeter *coccyx coccȳgis,* *i* et *y* corripitur: sic etiam corripe in *hystrix, chaenix, cilix, Eryx, onix, sardonyx, calyx. Bebryx* est anceps.
(Ovid. Fast. 6. 139). *Est illis strigibus nomen, sed nominis hujus.*
(Lucan. 2. 593). *Armenios cilicasque feros, Taurosque subegi.*

O

562. Ex finitis in *on* multa per *omicron,* multa per *omega* scribuntur.

Scribuntur per omicron, ideoque breviant incrementum: 1.° Genitivi in *oris* ut *Nestor, ŏris, Hector, ŏris.*

2.° Quae consonantem habent ante *s,* ut *Aethiops, Cecrops, Dolops,* praeter *cyclops, cercops, hydrops.*
(Virg. Aen. 2. 29). *Hic Dolŏpum manus, hic saevus tendebat Achilles.*
(Ovid. Met. 1. 259). *Tela reponuntur manibus fabricata cyclōpum.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

§ III. De ultimis syllabis

A in fine

563. Producunt *a* in fine vocativi ab *as* sive primae, ut *Aeneā*, sive tertiae, quorum genitivus in *antis*, ut *Pallā*, (a *Pallas, antis*), *Atlā*.
(Virg. Aen. 3. 44). *Quid miserum, Aeneā, laceras? jam parce sepulto.*
(Ovid. Met. 4. 643). *Tempus, Atlā, veniet tuo quo spoliabitur auro.*

E in fine

564. Producitur *e* in prima declinatione, ut *Calliopē*, et in *tempē ac cetē*, nam per *eta* scribuntur.

I et Y in fine

565. Corripiunt *i* et *y* in imparisyllabica declinatione, quae in *i* vel *y* exeunt, ut *Palladĭ, Daphnĭ, molў*.
(Virg. Ecl. 9. 50). *Insere, Daphnĭ, pyros, carpent tua poma nepotes.*

O in fine

566. Longa sunt quamplurima, quae *omega* finiuntur, ut *Androgeō, Athō, Cliō, Alectō, Eratō, Didō, etc.*

N in fine

567. *N* littera finita longa sunt, ut *Titān, Sirēn, Salamīn, Actaeōn, Aeneān, Anchīsen, Calliopēn, Chalybōn.*
(Virg. Aen. 11. 910). *Et saevum Aeneān agnovit Turnus in armis.*
(Id. Aen. 3. 710). *Amitto Anchīsen: hic me, pater optime, fessum.*

Corripiuntur tamen 1.° finita in *on*, quae ad secundam nostram declinationem spectant, ut *Pelĭon, Ilĭon.*
(Ovid. Heroid. 13. 53). *Ilĭon et Tenedos, Simoisque et Xanthus et Ide.*

2.° Omnes accusandi casus, qui a nominibus ultimam brevem habentibus proficiscuntur, ut *Scorpĭon, Tethўn, Itўn, Majăn, Aeginān.*
(Ovid. Met. 6. 652). *Tantaque nox animi est, Itўn huc arcessite, dixit.*
(Lucan. 1. 659). *Scorpĭon incendit cauda, chelasque peruris.*

R in fine

568. Producuntur nomina, quorum genitivus est in *eris*, ut *aethēr, cratēr, aēr*, (αἰθήρ, κρατήρ, ἀήρ).
(Lucan. 5. 499). *Inde mane, inde āēr, inde aethēr ignifer ipse.*

As et es in fine

569. *As* finita longa sunt, ut *Aeneās, Calchās, Pallās antis.*
(Virg. Aen. 10. 85). *Aeneās ignarus abest, ignarus et absit.*

Excipiuntur 1.° ea, quae genitivum habent in *ădis*, ut *Arcăs ădis, Pallăs ădis, Najăs ădis.*
(Ovid. Met. 6. 26). *Pallăs anum simulat falsosque in tempora canos.*

2.° Accusativi plurales nominum tertiae declinationis, ut *Troăs, delphinăs, heroăs.*
(Virg. Ecl. 4. 16). *Permixtos heroăs et ipse videbitur illis.*

570. *Es* finita longa sunt, praeter casus plurales tertiae, ut *daemonēs, rhetorēs, amazonēs, Arcadēs, Troēs.*
(Virg. Aen. 6. 713). *Tum pater Anchisēs: animae quibus altera fato.*
(Id. Ecl. 7. 4). *Ambo florentes aetatibus, Arcadēs ambo.*
(Id. Aen. 1. 472). *Egressi optata potiuntur Troēs arena.*

Is, ys, os, us in fine

571. *Is* et *ys* finita corripiuntur, praeter nominativos, quorum genitivi sunt in *īnis, entis* aut *ītis*, penultima producta, ut *Salamīs, Simoīs.*
(Virg. Ecl. 4. 34). *Alter erit tum Tiphўs et altera, quae vehat Argo.*
(Ovid. Heroid. 1. 33). *Hac ibat Simoīs, hic est Sigeia tellus.*

572. Longa quae omega scribuntur, ut *Trōs, Minōs, herōs, Athōs, etc.*
N. B. Per omicron scribuntur: 1.° neutra, ut *chaŏs, melŏs, argŏs*; 2.° *os* finita, quae ad secundam Latinorum declinationem transeunt, ut *Tyrŏs, Arctŏs, Iliŏs*; 3.° genitivi in *os* omnes, ut *Arcadŏs, Palladŏs, Tethyŏs, Tereŏs.*
(Virg. Aen. 6. 432). *Quaesitor Minōs urnam movet; ille silentum.*
(Id. Aen. 6. 265). *Et chaŏs et Phlegeton, loca nocte silentia late.*
(Ovid. Heroid. 1. 48). *Iliŏs et murus, quod fuit ante solum.*
(Id. Met. 1. 218). *Arcadŏs hinc sedes et inhospita tecta tyranni.*

573. Producuntur nomina in *us*, quorum genitivus exit in *untis*, ut *Opūs, Amathūs*, et quae ex πούς, ποδός, componuntur, ut *tripūs, Melampūs.* Quaeque ex *oos* contrahuntur, ut *Panthūs* ex *Panthoos.* Item genitivi in *us* a femininis in *o* ut *Manto, Mantūs, Clio Clīūs, etc.*, quae etiam ex *oos* contrahuntur.
(Virg. Aen. 10. 51). *Est Amathūs, et celsa mihi Paphus atque Cytera.*
(Id. Aen. 10. 199). *Fatidicae Mentūs et Tusci filius amnis.*

Huc etiam Jesus (Ἰησοῦς) sacrosanctum Domini atque Redemptoris nostri nomen spectat.

Us tandem finita non contracta, ab *os* syllaba profecta, corripiuntur, *Pamphagŭs, Oribasŭs, Polypŭs.*
(Ovid. Met. 3. 210). *Pamphagŭs et Dorceus et Oribasŭs Arcades omnes.*

CAPUT VIII

DE ARTE METRICA

Admonitio. Non omnia quae ad hanc artem spectant, ut est apud P. Paria, sunt tradenda tironibus, qui nonnisi in hexametris et pentametris et nonnullis lyricis initio exercendi sunt.

ARTICULUS I. Rhythmus ejusque partes

574. Quemadmodum ars harmonica sonorum (μέλος), orchestrica vero motuum corporis (κίνησις σωματική), sic ars metrica vocum (λέξις) *numerum* seu, ut graeci dicunt, *rhythmum* (ῥυθμός) persequitur. Tria illa quibus potest applicari rhythmus vocantur ῥυθμιζόμενα.

575. *Rhythmus* est ordinata et perpetua eorumdem temporum successio. Haec quidem tempora vel possunt constare diversa duratione, vel eamdem habere, sed quibusdam quasi per-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

§ III. De ultimis syllabis

A in fine

563. Producunt *a* in fine vocativi ab *as* sive primae, ut *Aeneā*, sive tertiae, quorum genitivus in *antis*, ut *Pallā*, (a *Pallas, antis*), *Atlā*.
(Virg. Aen. 3. 44). *Quid miserum, Aeneā, laceras? jam parce sepulto.*
(Ovid. Met. 4. 643). *Tempus, Atlā, veniet tuo quo spoliabitur auro.*

E in fine

564. Producitur *e* in prima declinatione, ut *Calliopē*, et in *tempē ac cetē*, nam per *eta* scribuntur.

I et Y in fine

565. Corripiunt *i* et *y* in imparisyllabica declinatione, quae in *i* vel *y* exeunt, ut *Palladĭ, Daphnĭ, molў*.
(Virg. Ecl. 9. 50). *Insere, Daphnĭ, pyros, carpent tua poma nepotes.*

O in fine

566. Longa sunt quamplurima, quae *omega* finiuntur, ut *Androgeō, Athō, Cliō, Alectō, Eratō, Didō, etc.*

N in fine

567. *N* littera finita longa sunt, ut *Titān, Sirēn, Salamīn, Actaeōn, Aeneān, Anchīsen, Calliopēn, Chalybōn.*
(Virg. Aen. 11. 910). *Et saevum Aeneān agnovit Turnus in armis.*
(Id. Aen. 3. 710). *Amitto Anchīsen: hic me, pater optime, fessum.*

Corripiuntur tamen 1.° finita in *on*, quae ad secundam nostram declinationem spectant, ut *Pelĭon, Ilĭon.*
(Ovid. Heroid. 13. 53). *Ilĭon et Tenedos, Simoisque et Xanthus et Ide.*

2.° Omnes accusandi casus, qui a nominibus ultimam brevem habentibus proficiscuntur, ut *Scorpĭon, Tethўn, Itўn, Majăn, Aeginān.*
(Ovid. Met. 6. 652). *Tantaque nox animi est, Itўn huc arcessite, dixit.*
(Lucan. 1. 659). *Scorpĭon incendit cauda, chelasque peruris.*

R in fine

568. Producuntur nomina, quorum genitivus est in *eris*, ut *aethēr, cratēr, aēr*, (αἰθήρ, κρατήρ, ἀήρ).
(Lucan. 5. 499). *Inde mane, inde āēr, inde aethēr ignifer ipse.*

As et es in fine

569. *As* finita longa sunt, ut *Aeneās, Calchās, Pallās antis.*
(Virg. Aen. 10. 85). *Aeneās ignarus abest, ignarus et absit.*

Excipiuntur 1.° ea, quae genitivum habent in *ădis*, ut *Arcăs ădis, Pallăs ădis, Najăs ădis.*
(Ovid. Met. 6. 26). *Pallăs anum simulat falsosque in tempora canos.*

2.° Accusativi plurales nominum tertiae declinationis, ut *Troăs, delphinăs, heroăs.*
(Virg. Ecl. 4. 16). *Permixtos heroăs et ipse videbitur illis.*

570. *Es* finita longa sunt, praeter casus plurales tertiae, ut *daemonēs, rhetorēs, amazonēs, Arcadēs, Troēs.*
(Virg. Aen. 6. 713). *Tum pater Anchisēs: animae quibus altera fato.*
(Id. Ecl. 7. 4). *Ambo florentes aetatibus, Arcadēs ambo.*
(Id. Aen. 1. 472). *Egressi optata potiuntur Troēs arena.*

Is, ys, os, us in fine

571. *Is* et *ys* finita corripiuntur, praeter nominativos, quorum genitivi sunt in *īnis, entis* aut *ītis*, penultima producta, ut *Salamīs, Simoīs.*
(Virg. Ecl. 4. 34). *Alter erit tum Tiphўs et altera, quae vehat Argo.*
(Ovid. Heroid. 1. 33). *Hac ibat Simoīs, hic est Sigeia tellus.*

572. Longa quae omega scribuntur, ut *Trōs, Minōs, herōs, Athōs, etc.*
N. B. Per omicron scribuntur: 1.° neutra, ut *chaŏs, melŏs, argŏs*; 2.° *os* finita, quae ad secundam Latinorum declinationem transeunt, ut *Tyrŏs, Arctŏs, Iliŏs*; 3.° genitivi in *os* omnes, ut *Arcadŏs, Palladŏs, Tethyŏs, Tereŏs.*
(Virg. Aen. 6. 432). *Quaesitor Minōs urnam movet; ille silentum.*
(Id. Aen. 6. 265). *Et chaŏs et Phlegeton, loca nocte silentia late.*
(Ovid. Heroid. 1. 48). *Iliŏs et murus, quod fuit ante solum.*
(Id. Met. 1. 218). *Arcadŏs hinc sedes et inhospita tecta tyranni.*

573. Producuntur nomina in *us*, quorum genitivus exit in *untis*, ut *Opūs, Amathūs*, et quae ex πούς, ποδός, componuntur, ut *tripūs, Melampūs.* Quaeque ex *oos* contrahuntur, ut *Panthūs* ex *Panthoos.* Item genitivi in *us* a femininis in *o* ut *Manto, Mantūs, Clio Clīūs, etc.*, quae etiam ex *oos* contrahuntur.
(Virg. Aen. 10. 51). *Est Amathūs, et celsa mihi Paphus atque Cytera.*
(Id. Aen. 10. 199). *Fatidicae Mentūs et Tusci filius amnis.*

Huc etiam Jesus (Ἰησοῦς) sacrosanctum Domini atque Redemptoris nostri nomen spectat.

Us tandem finita non contracta, ab *os* syllaba profecta, corripiuntur, *Pamphagŭs, Oribasŭs, Polypŭs.*
(Ovid. Met. 3. 210). *Pamphagŭs et Dorceus et Oribasŭs Arcades omnes.*

CAPUT VIII

DE ARTE METRICA

Admonitio. Non omnia quae ad hanc artem spectant, ut est apud P. Paria, sunt tradenda tironibus, qui nonnisi in hexametris et pentametris et nonnullis lyricis initio exercendi sunt.

ARTICULUS I. Rhythmus ejusque partes

574. Quemadmodum ars harmonica sonorum (μέλος), orchestrica vero motuum corporis (κίνησις σωματική), sic ars metrica vocum (λέξις) *numerum* seu, ut graeci dicunt, *rhythmum* (ῥυθμός) persequitur. Tria illa quibus potest applicari rhythmus vocantur ῥυθμιζόμενα.

575. *Rhythmus* est ordinata et perpetua eorumdem temporum successio. Haec quidem tempora vel possunt constare diversa duratione, vel eamdem habere, sed quibusdam quasi per-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

cussionibus (quas latini *ictus*, graeci σημασίας appellant) paribus intervallis distinctam, vel tandem utrumque conjungere. Ars metrica vernacula altera tantum ratione, *ictu* nempe, rhythmum claudit; latina vero et graeca utrumque complectitur *durationem* scilicet et *ictum*.

576. *Durationis* vel *quantitatis* (n. 497) mensura est spatium qua brevis syllaba pronuntiatur, et dicitur *mora*, graece χρόνος πρῶτος: nec tamen absoluta est, sed relativa, ita ut in eodem rhythmo possit pro rata portione variari (1). *Ictus* est vocis quaedam contentio, quam graece *arsin* (ἄρσις), latine *sublationem* appellant; pars in qua vox remittitur vocatur *thesis* (θέσις), latine *positio* [542] (2).

577. Plurium morarum conjunctio parit *tempus compositum*, et vocatur *disemon*, *trisemon*, *tetrasemon*, etc. (χρόνος δίσημος, τρίσημος, τετράσημος, etc.) prout duas, tres, etc. moras contineat. Tempus compositum dicitur *rheton* (χρόνος ῥητός) i. e. *rationale*, quando in plures moras potest exacte dividi; secus dicitur *alogon* i. e. *irrationale* (χρόνος ἄλογος). Productio major justo, quae syllabis aliquando tribuitur, appellatur τονή. Partem rhythmi, cui nulla syllaba respondet, vocant *tempus vacuum* (χρόνος κενός).

ARTICULUS II. De pedibus [514-520]

578. *Pes* est pars versus certo syllabarum numero atque ordine definita. Continet *arsim* et *thesim*: *arsis* fere in syllaba longa, *thesis* in brevi invenitur; si tamen longa, cui respondet *arsis*, in duas breves dividatur, harum priori apponenda erit arsis; quum vero duae breves quae thesim conficiunt coeunt in unam longam, haec thesim habet.

(1) In musica requiritur temporis mensura absoluta et fixa, quae vocatur *tempo* (ἀγωγή).

(2) Apud priscos graecos haec nomina contrariam significationem obtinuerunt: quum enim rhythmum manus, vel pedis motu metirentur in saltationibus, *positione* (τιθέναι τὸν πόδα) vocis percussionem significabant, *sublatione* vero (αἴρειν τὸν πόδα) demissionem. Jura Graecorum vindicat Gleditsch (*Metrik der Griechen und Römer*, n. 4), cui alii etiam suffragantur. Non censuimus deserendam P. Alvari sententiam, quae etiam inter recentiores grammaticos frequentissima videtur.

579. Praecipui pedes sunt (1):

α) dissyllabi:

⏑ ⏑ Pyrrichius (πυρρίχιος): *fŭrŏr*.
⏑ – Iambus (ἴαμβος): *vĭrōs*.
– ⏑ Choreus vel trochaeus (χορεῖος, τροχαῖος): *ārmă*.
– – Spondeus (σπονδεῖος): *pōssūnt*.

β) trisyllabi:

⏑ ⏑ ⏑ Tribrachys (τριβραχύς): *făcĕrĕ* (2).
– ⏑ ⏑ Dactylus (δάκτυλος): *cōrpŏră*.
⏑ ⏑ – Anapaestus (ἀνάπαιστος): *ănĭmōs*.
⏑ – – Bacchius (βακχεῖος): *părābūnt*.
– – ⏑ Antibacchius vel palimbacchius (παλιμβακχεῖος): *aūdīssĕ*.
⏑ – ⏑ Scholius seu amphibrachys (ἀμφίβραχυς): *pŏēmă*.
– ⏑ – Creticus seu amphimacer (ἀμφίμακρος): *māximōs*.
– – – Molossus (μολοσσός): *cōntendūnt*.

γ) quadrisyllabi:

⏑ ⏑ ⏑ ⏑ Proceleusmaticus (προκελευσματικός): *ăbĭĕtĕ*.
– ⏑ ⏑ ⏑ Paeon primus (παίων πρῶτος): *tempŏrĭbŭs*.
⏑ – ⏑ ⏑ » secundus (» δεύτερος): *dŏcēbĭmŭs*.
⏑ ⏑ – ⏑ » tertius (» τρίτος): *ănĭmātŭs*.
⏑ ⏑ ⏑ – » quartus (» τέταρτος): *călămĭtās*.
– – ⏑ ⏑ Ionicus a majore (ἰωνικός ἀπὸ μείζονος): *cālcārĭbŭs*.
⏑ ⏑ – – » a minore (» ἀπ' ἐλάττονος): *fŭgiēndōs*.
– ⏑ ⏑ – Choriambus (χορίαμβος): *nōbĭlitās*.
– ⏑ – ⏑ Dichoreus vel ditrochaeus (διτρόχαιος): *cīvitātĕ*.
⏑ – ⏑ – Diiambus (διίαμβος): *pĕrūtĭlēs*.
⏑ – – ⏑ Antipastus (ἀντίπαστος): *rĕcūsātĕ*.
⏑ – – – Epitritus primus (ἐπίτριτος πρῶτος): *repūgnārūnt*.
– ⏑ – – » secundus (» δεύτερος): *cōnditōrēs*.
– – ⏑ – » tertius (» τρίτος): *dīscōrdiae*.
– – – ⏑ » quartus (» τέταρτος): *fŏrtūnātŭs*.
– – – – Dispondeus (διισπονδεῖος): *ōrātōrēs*.

(1) Pedes *rhythmici* proprie solum ii dicuntur, qui habent alteram saltem syllabam longam, alteram brevem. Qui solis longis aut brevibus syllabis coalescunt, modo pedi rhythmico aequalem habeant durationem, dicuntur *metrici*. Dactylus vero, anapaestus et paeon, quum syllabarum quantitatem immutant ut alieno rhythmo immisceantur, solent *ciclici* appellari.

(2) A Cicerone et Quintiliano trochaeus dicitur.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Quod si quantum temporis musici tribuunt huic signo , tantam *mora* vel χρόνος πρῶτος (n. 576) habeat durationem, hoc etiam modo possunt pedes repraesentari:



N. B. Ut apparet, pedes quadrisyllabi magna ex parte componuntur ex dissyllabis geminatis.

580. Pedes dividuntur in α) *simplices* et β) *compositos*.

α) *Simplices*. 1.° Ex diverso situ arseos, sunt *descendentes* et *ascendentes:* descendentes nempe, si praecedit arsis: v. gr. dactylus $\acute{}\breve{}\breve{}$, choreus $\acute{}\breve{}$; ascendentes vero, si subsequitur: v. gr. iambus $\breve{}\acute{}$, anapaestus $\breve{}\breve{}\acute{}$.

Thesim pedum ascendentium recentiores vocant *anacrusim*, quae in musica hodierna extra intervallum *(compás)* cadit, qua ratione rhythmi ascendentes ad descendentes reducuntur: v. gr.

2.° Ex diverso respectu, qui habetur arsim inter et thesim, exsurgit *genus par* (γένος ἴσον) $^1/_1$, *duplum* (διπλάσιον) $^2/_1$, et *sesquialterum* (ἡμιόλιον) $^3/_2$. In genere *pari* habentur pedes praecipui dactylus $\acute{}\breve{}\breve{}$ et anapaestus $\breve{}\breve{}\acute{}$, ex quibus contractione vel dissolutione syllabarum ducuntur proceleusmaticus $\acute{}\breve{}\breve{}=\breve{}\breve{}\breve{}\breve{}$ et spondeus $\acute{}\breve{}\breve{}=\acute{}-$. Ictus ponitur in prima mora syllabae longae, vel in brevi quae illi respondet. Pedes *impares* possunt reduci ad iambum vel trochaeum; in ictu eadem regula servatur. Ad tertium denique genus pertinet creticus $\acute{}\breve{}\,|\,-$, bacchius $\breve{}\acute{}\,|\,-$ etc.

β) *Compositi* sunt, qui ex duobus constant, ideoque appellantur *dipodiae*. Hoc autem fit 1.° iteratione ejusdem pedis; 2.° diversorum conjunctione.

1.° Pedes qui saepius geminantur sunt trochaeus, iambus et anapaestus, et pariunt *dipodiam trochaicam*, *iambicam* et *anapaesticam*.

2.° Quum conjunguntur pedes, qui diversum rhythmum continent, ille qui alieno rhythmo immiscetur, si brevior est, producitur (τονή); si longior, in breviorem contrahitur. Sic spondeus immixtus rhythmo trochaico vel iambico, alteram syllabam corripit: si vero dipodiae trochaicae $(-\breve{}-\breve{})$ immittis choriambum $-\breve{}\breve{}-$, primum duae breves erunt in unam brevem contrahendae, deinde postremae syllabae longae adjicienda erit mora, ut alteri trochaeo respondeat.

ARTICULUS III. Membra

581. Partes versus, quas sub *primario ictu* conjungimus, latini vocant *membra*, graeci κῶλα. Pro numero pedum dicuntur *dipodiae, tripodiae, tetrapodiae* etc. Pes (vel dipodia) in qua habetur ictus primarius, dicitur *arsis*, caeteri constituunt *thesim*.

N. B. Ex dictis (n. 580. α. 2.°) erunt membra *paria* dipodia et tetrapodia, *dupla* tripodia et hexapodia, *sesquialterum* pentapodia.

582. Membrum *catalecticum* illud est, quod aliqua syllaba spoliatur in fine, quae quidem aut prioris productione suppletur (τονή), aut cessatione (χρόνος κενός): in media dictione tantum prioris productione (1). Dicitur catalecticum *in syllabam* vel *in dissyllabum*, prout pes postremus unam aut duas syllabas retineat: sic hexameter dactylicus est versus catalecticus *in*

(1) Haec suis etiam signis solent repraesentari hoc modo:

τονὴ δίχρονος	vel duorum temporum	—
» τρίχρονος	vel trium	» ⌞
» τετράχρονος	vel quatuor	» ⌞⌟
» πεντάχρονος	vel quinque	» ⌞⌟

Χρόνος κενὸς μονόχρονος seu unius temporis exprimitur graeca littera Λ, quia graece appellatur λεῖμμα, cui litterae ad longiora tempora significanda superiores etiam notae imponuntur hoc modo:

χρόνος κενὸς	δίχρονος	$\overline{\Lambda}$
» »	τρίχρονος	$\overline{\overline{\Lambda}}$
» »	τετράχρονος	$\overline{\overline{\overline{\Lambda}}}$

Unde v. gr. carmen elegiacum, quod pentametrum vocant, ita posset indicari (Cf. n. 591):

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

dissyllabum, pentameter vero *in syllabam*. *Acatalecticum* est cui nihil deest. *Brachycatalecticum* membrum est, in quo pes integer desideratur; vel melius cujus postremi duo pedes thesi spoliantur.

N. B. 1.° Si *catalexis* est initio vel in medio, membra dicuntur *procatalectica*, si habetur in medio et in fine, ut in pentametro, *dicatalectica*. *Hypercatalectica* illa sunt, in quibus redundat syllaba, quae supplet vel catalexim prioris membri, vel procatalexim sequentis.

N. B. 2.° Haec omnia dicuntur pariter de versu.

ARTICULUS IV. De versu [531-539]

583. *Versus* est oratio certo genere, numero et ordine pedum alligata. Vocatur etiam *periodus*, *metrum*, στίχος [521].

Pro numero membrorum appellatur *dicolos*, *tricolos*, *tetracolos*, quem numerum raro excedit. Si postremum membrum brevius est quam caetera, versus dicitur *epodicus*; *purus*, si uno tantum genere pedum constat, *compositus*, si alia membra alios habent pedes, *mixtus* denique, si diversi pedes in eodem membro conjunguntur.

584. Versus metimur communi quadam mensura, quam *metrum* vel *basim* vocamus. Pro *metrorum* numero versus dicitur *dimeter*, *trimeter*, *tetrameter*, *pentameter*, *hexameter*, *hypermeter* denique, si mensuram excedit. *Metrum* vel *basis* constat *dipodia* in versu trochaico, iambico et anapaestico, in caeteris fere simplici pede. Sic v. gr. *trochaicus trimeter* est versus constans ex tribus dipodiis trochaicis, i. e. sex pedibus trochaeis: *hexameter* vero *dactylicus* est versus sex dactylis compactus.

585. In medio versu vocalis aut diphthongus praecedentis dictionis a sequenti excipitur et quodammodo absorbetur per *synaloephen*, ad tollendam hiatus asperitatem.

(Virg. Aen. 2. 1). *Conticuer' omnes, intentiqu' ora tenebant.*

N. B. 1.° *O, hei, ah, heu, hui*, et *cui* monosyllabum, sequente vocali aut diphthongo, integra manere solent.

(Virg. Aen. 10. 18). *O pater, o hominum divumque aeterna potestas.*

(Stat. Theb. 5. 613). Heu *ubi siderei vultus? ubi verba ligatis?*

N. B. 2.° Interdum nec vocalis nec diphthongus a sequenti vocali excipitur: id autem multo rarius accidit, si vocalis brevis sit.

(Virg. G. 1. 437). Glauco *et* Panopeae *et Inoo Melicertae.*

(Id. Aen. 1. 405). *Et vera incessu patuit* Dea: *ille ubi matrem.*

N. B. 3.° *Synaloephe* non modo in eodem carmine, sed in diversis etiam locum habet.

(Virg. G. 3. 449). *Et spumas miscent argenti, vivaque* sulphura,
Idaeasque pices, etc.

Ubi ultima vocalis praecedentis versus absorbetur a prima sequentis, ideoque versus est *hypermeter*.

N. B. 4.° *Asynarteti* dicuntur versus, qui in medio admittunt catalexim, et quorum prius membrum potest in fine omittere *synaloephen*, et syllabam communem et alia quae ad finem versus propriae spectant, accipere; pro integro enim carmine habetur.

Ejusmodi est archilochius iambelegus (n. 608) v. gr.

(Hor. Ep. 13). *Levare diris pectora* ‖ *sollicitudinibus.*

586. Per *Ecthlipsim* etiam *m* littera simul cum vocali praecedenti eliditur ob sequentem vocalem.

(Virg. Aen. 3. 525).

Itali*(am) Italiam primus conclamat Achates.*

(Pers. Sat. 1. 1).

O curas homin*(um), o* quant*(um) est in rebus inane.*

N. B. 1.° Prisci litteram *m* cum vocali correpta servabant.

(Lucr. N. R. 1. 437). Corporum *augebit numerum summamque sequetur.*

N. B. 2.° Ecthlipsis etiam in diversis carminibus locum habet.

(Virg. Aen. 7. 460). *Jamque iter emensi, turres ac tecta* Latinor*(um)*
Ardua cernebant juvenes, muroque subibant.

N. B. 3.° Prisci poëtae litteram *s* passim, etiam sequente consona, elidebant: quod si deinde concurrerent vocales, prior a posteriore per synaloephen excipiebatur.

(Enn. Ap. Gell. N. A. 12. 4). *Suavis homo,* facundu*(s), suo* contentu*(s), beatus,*
Scitu*(s), secunda loquens in tempore,* commodu*(s), verbum.*

587. Ubi pes carminis simul cum dictione non finitur, sed duplicis dictionis syllabis constat, *caesuram* habere dicitur; quae quidem *masculina* appellatur, si dictio arsim inter et thesim absolvitur, ut

(Virg. Aen. 1. 15).

Arma virumque cano ‖ *Trojae qui primus ab oris.*

feminina vero, si inter syllabas theseos verbum subsistit: v. gr.

(id. ib. 9). *Quidve dolens regina* ‖ *deum tot volvere casus.*

ARTICULUS V. De figuris quae spectantur in versu [531-539]

588. Praeter figuras quas proposuimus in Analogia (n. 206) in versu spectantur etiam sequentes:

1.° *Synaeresis* vel *synizesis* est syllabarum duarum in unam contractio, ut fit in sequentibus casibus:

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

1. *Ai.* (Ter. Andr. 2. 6. 19). AIT *nimium parce facere sumptum.—Ait nimi-* dactylus est.
2. *Ea.* (Virg. G. 4. 34). ALVEARIA *vimine texta.—Vearia* dactylus est.
3. *Ee.* (Id. Aen. 7. 262). *Trojaeve opulentia* DEERIT.—*Deerit* spondeus est.
4. *Ei.* (Id. Aen. 1. 726). *Laquearibus* AUREIS.—*Aureis* spondeus est.
5. *Eo.* (Id. Aen. 7. 33). *Fluminis* ALVEO.—*Alveo* spondeus est.
6. *Ia.* (Id. Aen. 6. 33). *Quin protinus* OMNIA.—*Omnia* spondeus est.
7. *Ie.* (Id. Aen. 11. 667). *Transverberat* ABIETE *pectus.—Abiete* dactylus est.
8. *Ii.* (Id. Aen. 3. 538). *Dii maris et terrae.—Dii maris* dactylus est.
9. *Io.* (Id. Aen. 8. 184). SEMIHOMINIS *Caci.—Semihomi-* dactylus est.
10. *Iu.* (Id. Aen. 3. 578). SEMIUSTUM *fulmine.—Miustum* spondeus est.
11. *Oa.* (Hor. Sat. 2. 3. 94). QUOAD *tixit.—Quoad* aequivalet monosyllabo.
12. *Oe.* (Ter. Heaut. 5. 1. 6). OHE *jam desine.—Ohe jam* spondeus est.
13. *Oi.* (Virg. Aen. 11. 383). PROINDE *tona eloquio.—Proinde to-* dactylus est.
14. *Oo.* (Lucr. N. R. 6. 490). COOPERIANT *Maria.—Cooperi-* dactylus est.
15. *Ou.* (Hor. Sat. 2. 6. 67). PROUT *cuiqui libido est.—Prout* monosyllabum est.
16. *Ua.* (Virg. Aen. 5. 433). GENUA *labant.—Genua la-* dactylus est.
17. *Ue.* (Id. G. 2. 129). MISCUERUNTQUE.—*Miscue-* spondeus est.
18. *Ui.* (Id. G. 1. 397). TENUIA *nec lanae.—Tenuia* dactylus est.
19. *Uo.* (Accius. Ap. Cic. Div. 1. 22). DUOS *consanguineos.—Duos con-* spondeus est.
20. *Uu.* (Martial. Ep. 2. 5). *Millia* PASSUUM.—*Passuum* spondeus est.

N. B. Liberiores in contractionibus sunt comici poetae.

2.° *Diaeresis* est syllabae unius in duas divisio, ut *aurai* trisyllabum pro *aurae* dissyllabo; *siluae* pro *silvae*, *evoluam* pro *evolvam*, *iam* dissyllabum apud comicos pro *jam* monosyllabo.

(Virg. Aen. 6. 747). *Aetherium sensum atque* AURAI *simplicis ignem.*
(Hor. Ep. 13. 2). *Nivesque deducunt Jovem; nunc mare nunc* SILUAE.
(Catul. 66. 74). *Condita quin veri pectoris* EVOLUAM.

3.° *Systole* est, quum aut syllaba natura longa corripitur, ut *stetĕrunt, dedĕrunt, occidĕrunt;* aut etiam longa positione, altera tamen consonante extrita, fit brevis, ut *ŏbicis* pro *ōbjicis*, *ăbici* pro *ābjici*. (Cf. n. 511. N. B. 3.°).

(Lucan. Phars. 8. 796). *Cur* OBICIS *magno tumulum manesque vagantes?*

4.° *Ectasis* sive *Diastole* est, quum syllaba natura brevis producitur vel simpliciter, vel geminata sequente consona, ut *Dēiphobus, rēlligio.*

(Virg. Aen. 6. 495). DEIPHOBUM *vidit lacerum crudeliter ora.*
(Id. Aen. 2. 715). RELLIGIONE *patrum multos servata per annos.*

N. B. Duriora sunt illa, quae interdum sunt apud Lucanum, *reccidere, rellatum, reffugisse, remmota, etc.*

ARTICULUS VI. De aliquibus versuum speciebus [521-530]

§ I. Rhythmus dactylicus

589. *Hexametrum* est carmen dactylicum, quod constat sex pedibus, quorum quintus dactylus est, sextus spondeus, reliqui promiscue dactyli vel spondei. Est versus *catalecticus in dissyllabum.*

(Virg. Aen. 2. 363).

Urbs ān|tīquă rŭ|īt mūl|tōs dŏmi|nātă pĕr | ānnōs.

N. B. Quintus pes nonnumquam spondeus est: unde versus *spondaicus* appellatur; quo vel rei alicujus gravitas et amplitudo, vel ingens moeror animique angor, vel aliud simile declaratur. Sic *Virg.*
(Ecl. 4. 40). *Cārā Dĕ | ūm sŏbŏ | lēs, māg | nūm Jŏvĭs | incrē | mēntūm.*
(Aen. 2. 69). *Cōnstĭtĭt | ātque ŏcŭ | lis phrўgĭa | āgmĭnă | circūm | spēcvit.*

590. [540-543]. Versus hexameter vel heroicus est *dicolos*, i. e. continet duo membra, quorum longitudo quatuor modis potest variari: has vero partes veteres grammatici sectiones sive caesuras appellant: *penthemimerem* (πενθημιμερής), *trochaicam* (κατὰ τρίτον τροχαῖον), *hephthemimerem* (ἑφθημιμερής), et *bucolicam* sive *tetrapodiam* (βουκολική, τετραποδία) (1).

Penthemimeres latine *semiquinaria*, constat ex duobus pedibus et syllaba quae dictionem claudat. Haec omnium jucundissima est, quia versum ex aequo fere dividit.

– ◡◡, – ◡◡, – ‖ –, – –, – ◡◡, – –

(Virg. Aen. 1. 5). *Arma virumque cano,* ‖ *Trojae qui primus ab oris.*

Trochaica post duos pedes habet trochaeum, qui dictionem terminet. Hac caesura parum latini delectantur, molliorem enim efficit versum, et plerumque alius caesurae societatem requirit.

– ◡◡, – –, – ◡ ‖ ◡, – –, – ◡◡, – –

(Virg. Aen. 1. 9). *Quidve dolens regina* ‖ *deum tot volvere casus.*

Hephthemimeres, latine *semiseptenaria*, continet tres pedes et syllabam quae dictionem finiat. Alia secundaria caesura fere praemittenda est.

– ◡◡, – –, – –, – ‖ –, – ◡◡, – –

(Virg. Aen. 1. 46). *Ast ego quae Divum incedo* ‖ *regina Jovisque.*

Bucolica seu *tetrapodia* fit, si semiseptenariae duas breves adjunxeris, tunc autem versus fit *epodicus*. (Vid. n. 583) (2).

---

(1) Caesura, si more veterum loquamur, non est syllaba quae post pedes superest, sed pars carminis simul cum syllaba aut syllabis quae dictionem finiant. Itaque *penthemimeres* non significat syllabam quae post duos pedes relinquitur, sed duos pedes simul cum syllaba; quod Quintilianus l. 9. c. 4. 78 apertissime docet: «Et quod, inquit, duobus pedibus et parte, πενθημιμερής a graecis dicitur.» Πενθημιμερής a πέντε *quinque* et ἥμισυ quod in compositione ἥμυ dicitur, hoc est *semis*, et μέρις quod *partem* significat. Vide, si lubet, plura apud P. Alvarum n. 542).

(2) Haec caesura, inquit Diomedes l. 3. βουκολική appellatur, quod Theocritus auctor carminis bucolici hac plurimum esse usus creditur. Sed utcumque sit, certe Virgi-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

– ⏑⏑, – ⏑⏑, – –, – ⏑⏑ ‖ – ⏑⏑, – –

(Virg. Ecl. 1. 35). *Namque erit ille mihi semper Deus,* ‖ *illius aram.*

Elegantissima est haec caesura, si quartus pes est dactylus et integra dictione constans.

N. B. Si pedes versus heroici e singulis verbis constent, ineptum atque insulsum fit carmen, ut

Aurea scribis carmina, Juli maxime vatum.

Injucunda etiam illa sunt, quae femininis tantum caesuris intersecantur, ut

Sole cadente juvencus aratra reliquit in arvo.

Contra si verba connectantur, ita ut mutuo amplexu pedes alii ex aliis pendeant, pulcherrimus efficitur versus, ut

(Virg. Aen. 1. 609). *Semper honos nomenque tuum laudesque manebunt.*
(id. ib. 630). *Non ignara mali miseris succurrere disco.*
(id. ib. 523). *Justitiaque dedit gentes frenare superbas.*

Caesurae denique tunc optimae censentur, quum ibi praecidunt carmen, ubi sensus cessationem requirit.

591. *Carmen elegiacum*, quod fere comitatur hexametrum et improprie *pentametrum* appellatur, habet duos priores pedes dactylos vel spondeos pro cujusque arbitrio, adjuncta syllaba longa, quae *caesura* vel *semipes* dicitur: tum sequuntur duo dactyli, quibus caesura itidem adjungitur.

(Ov. Pont. 4. 3. 36). *Ēt sŭbi|tō cā|sū | quae̅ vălŭ|ērĕ rŭ|unt.*

Proprie est *hexametrum dicatalecticum*, constat enim duobus trimetris datylicis catalecticis in syllabam. Duplex illa caesura est arsis duorum pedum, quorum singulae theses singulis cessationibus dichronis suplentur. (Cf. n. 582 not.).

592. *Adonius* constat dactylo et spondeo vel trochaeo; est dimeter catalecticus in dissyllabum (1).

(Hor. Od. 1. 22). *Fusce pharetra.* – ⏑⏑, – ⏒

593. *Archilochius minor* constat duobus dactylis et syllaba; est trimeter catalecticus in syllabam.

(Hor. Epod. 15). *Nunc mare nunc siluae.* – ⏑⏑, – ⏑⏑, ⏒

594. *Alcmanius* constat tribus dactylis vel spondeis et dactylo, habetque caesuram semiquinariam. Est tetrameter acatalecticus.

(Senec. Hip. 758). *Anceps forma bonum mortalibus.* – ⏑⏑, – ⏑⏑, – ⏑⏑, – ⏑⏑

lius vehementer hac caesura delectabatur; nulla enim fere est pagina, in qua non reperiatur semel, interdum ter, et quater; quinquies idque in Aen. 1. 133, 145, 150, 154, 159.

(1) Posset etiam dici choriambicus monometer hypermeter.

Admittit etiam in postrema sede spondeum vel syllabam tantum, et caesuram semiternariam.

(Hor. Od. 1. 7). *Aut Ephesum, bimarisve Corinthi.* – ⏑⏑, – ⏑⏑, – ⏑⏑, – ⏒

§ II. Rhythmus anapaesticus

595. Pes anapaesticus ⏑⏑– potest ita mutari (n. 580. β. 2.°): –⏑, ⏑⏑⏑, –⏑⏑, ideo potest suppleri a spondeo, proceleusmatico et dactylo. Versum anapaesticum metimur dipodia, cujus arsis ponitur in priore pede (n. 584).

Invenitur monometer

(Sen. Hip. 1. 62). *Leviore manu.* ⏑⏑–, ⏑⏑–
(id. ib. 3. 9). *Nudent silvas.* – –, – –
(id. ib. 1. 80). *Eu diva fave.* – –, ⏑⏑–
(id. ib. 1. 58). *Potat Araxem.* – ⏑⏑, – –

Sed multo usitatior est dimeter acatalecticus

(Senec. Her. 4. 1 seqq.). *Lugeat aether, magnusque parens* –⏑⏑, – –, – –, ⏑⏑–
Aetheris alti, tellusque ferax,
Et vaga ponti mobilis unda. –⏑⏑, – –, –⏑⏑, – –
(id. Hip. 1124 seqq.) *Quanti casus humana rotant!* – –, – –, – –, ⏑⏑–
Minor in parvis fortuna furit, ⏑⏑–, – –, – –, ⏑⏑–
Leviusque ferit leviora deus, ⏑⏑–, ⏑⏑–, ⏑⏑–, ⏑⏑–
Servat placidos obscura quies, – –, ⏑⏑–, – –, ⏑⏑–
Praebetque senes casa securos. – –, ⏑⏑–, ⏑⏑–, – –

§ III. Rhythmus trochaicus

596. Constat trochaeis, quamvis admittit etiam, maxime apud comicos, tribrachym (⏒⏑⏑ = ⏑⏑⏑) in sedibus disparibus, et nonnumquam spondeum vel dactylum alogon in paribus: metimur fere dipodiis, quarum in priore pede ponitur arsis.

Frequentiores sunt versus

1.° dimeter catalecticus

(Hor. Od. 2. 18). *Non ebur neque aureum.* – ⏑, – ⏑, – ⏑, ⏒
Largiora flagito.
Truditur dies die.
(Sen. Oedip. 4. 28). *Quidquid excessit modum* – ⏑, – –, – ⏑, ⏒
Pendet instabili loco. – ⏑, – ⏑⏑, – ⏑, ⏒

2.° tetrameter catalecticus, qui constat dimetro acatalectico et dimetro catalectico, ideoque frequenter in duos dimetros divisus reperitur.

– ⏑, – ⏑, – ⏑, – ⏑ ‖ – ⏑, – –, – ⏑, ⏒

(Prud. Cathemer. 1208). *Corde natus ex parentis—ante mundi exordium.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

– ⏑, – –, – ⏑, – – ‖ – ⏑, – ⏑⏑, – ⏑, ⏓

(Senec. Hip. 5. 1). *Pallidi fauces averni—vosque taenarei specus.*

Acatalectici rari sunt.

§ IV. Rhythmus iambicus

597. *Iambum* numeramus etiam dipodiis, arsis ponitur in priore pede.

Dividitur 1.° Ratione qualitatis pedum, quibus constat, in *purum* seu sincerum, et *mixtum*.

Purus iambicus est, qui solis iambis constat, ut

(Hor. Ep. 1. 3). *Părā|tŭs ōm|nĕ Cæ|sărīs | pĕrī|cŭlūm.*

(id. ib. 2. 1). *Bĕā|tŭs īl|lĕ quī | prŏcŭl | nĕgō|tīs.*

Mixtus iambicus est, qui pedes alios a iambo commixtos habet, ut *Seneca:*

Fĕrt læ|vă sē|mūstās | făcēs | ārdĕnt|quĕ păl|lentēs | gĕnæ.

(Hor. Ep. 2. 35). *Păvidūm|quĕ lĕpŏ|rem ĕt ād|vĕnām | lăquĕō | grŭēm.*

(id. Ep. 4. 6). *Fŏrtū|nă nōn | mūtāt | gĕnus.*

598. Iambici carminis non sinceri hae sunt leges:

1.ª Ut nullus pes sit *trochaeus*.

2.ª Ut semper ultima sedes iambo tribuatur. Porro ultima sedes in catalectis est, quae ultimam syllabam praecedit.

3.ª Ut in locis paribus, excepto ultimo, admittat apud tragicos tribrachym; in imparibus vero, praeter tribrachym, etiam spondeum, ejusque dissolutiones dactylum atque anapaestum, interdum proceleusmaticum.

N. B. 1.° Apud Senecam tertia in sede vix anapaestum, in quinta vix iambum dactylumve reperies: in qua tamen fere aut spondeum reperies aut anapaestum.

Hos omnes pedes Plautus ac Terentius ad pares quoque locos adsciscunt, praeter ultimum, in quo semper est iambus.

Apud lyricos et hymnographos in locis paribus praeter iambum raro tribrachys adhibetur; in imparibus, praeter iambum aut spondeum, raro pedes trisyllabi.

N. B. 2.° Seneca saepe pedes trisyllabos in senariis miscet, quod apud Horatium raro reperies. Terentius plurimos habet, in quibus, praeter ultimum, nullus alius est iambus, imo interdum omnes sunt, excepto ultimo, spondei, ut

(Eun. prol. 41). *Nūllum ēst | jām dĭc | tūm, quōd | nōn dĭc | tūm sīt | prŏfŭs*

599. Dividitur 2.° Ratione numeri pedum, in *quaternarios* vel *dimetros*, *senarios* vel *trimetros*, *octonarios* vel *tetrametros*.

Quaternarius vel dimeter est, qui constat quatuor pedibus, ut

(Hor. Ep. 2. 62). *Vidē|rĕ prŏpĕ|rāntēs | dŏmūm.*

Senarius vel trimeter sex pedibus constat, ut

(Catul. 29. 1). *Quis hōc | pŏtēst | vidē|rĕ? quīs | pŏtēst | pătī?*

Octonarius vel tetrameter octo pedibus constat, ut (Ter. Andr. 1. 2. 18).

Nūnc hæc | diēs | ălĭām | vītam ăf|fĕrt ăli|ōs mō|rēs pōs|tŭlāt.

N. B. Octonarius est conjunctio duorum quaternariorum: ideo fere in duos distrahi possunt, ut

(Sen. Agam. 3. 465). *Instānt | sŏrō | res squā | lĭdæ,*
Sānguĭnĕ | ă jūc | tānt vēr | bĕrā.

600. Dividitur 3.° Ratione perfectionis pedum, in *acatalectos* et *catalectos;* quibus addi possunt *brachycatalecti* et *hypercatalecti*.

Acatalectus est, cui nihil deest, nihil superfluit, ut sunt omnes hactenus adducti.

Catalectus est, cui deest syllaba, ut

(Sen. Med. 4. 1). *Quōnām | crŭēn|tă Mæ|nās.*

(Hor. Od. 1. 4. 2). *Trăhūnt|quĕ sīc|cās mā|chĭnā | cărī|nās.*

(Catull. 25. 5). *Quām dī|vă mā|tĕr āl|ĭtēs | ōstĕn|dit ōc|cinēn|tēs.*

N. B. 1.° *Brachycatalecti*, in quibus desideratur pes integer, rari sunt.

Hypercatalecti sunt, in quibus pes vel syllaba redundat.

(Hor. Od. 1. 9. 3). *Sīlvæ | lăbō | rāntēs | gĕlū | quĕ.*

N. B. 2.° Suavissimi *anacreontici* sunt iambici quaternarii catalectici, qui primo loco anapaestum habent, ut

(Boet. 3. 7). *Hăbĕt ōm | nĭs hōc | vŏlūp | tas*
Stĭmŭlūs | ăgīt | frŭēn | tes
Apĭūm | quĕ pūr | vŏlān | tum.

N. B. 3.° *Scazon* est iambicus trimeter acatalecticus, qui iambum habet quinto loco, sexto autem spondeum, ut

(Catul. 39. 16). *Nām rī | su ĭnēp | tō rēs | ĭnēp | tĭōr | nūlla ēst.*

(Martial. Ep. 1. 3). *Cūr īn | thĕā | trūm, Cătŏ | sĕvĕ | rĕ, vē | nīsti?*
An ĭdĕ | ō tān | tūm vē | nĕrĭs, | ăt ē | cīrēs?

Dicitur *scazon* (σκάζων), id est, *claudicans*, sive choliambus (χωλιαμβός), id est, *claudus iambus*, quia deturbato e sexta sede iambo et substituto spondeo, videtur quasi claudicare.

§ V. Rhythmus logaoedicus

601. Ita appellantur versus coalescentes pedibus, qui inaequali tempore constant.

602. *Pherecratius secundus* constat adonio, quem, precedit spondeus apud Horatium, trochaeus apud Catullum.

(Hor. Od. 1. 14). *Quamvis pontica pinus.* – –, – ⏑⏑, – ⏓ (1).

N. B. Est et alius pherecratius acatalecticus, quem *primum* vocant, et dactylum cum duobus trochaeis continet.

(Hor. Od. 1. 8). *Lydia dic, per omnes.* – ⏑⏑, – ⏑, – ⏓

603. *Glyconius* constat spondeo, dactylo et dipodia trochaica catalecta.

(Hor. Od. 1. 3). *Sic te diva potens Cypri,* – –, – ⏑⏑, – ⏑, ⏓ (2).
Ventorumque regat pater.

---

(1) Nonnulli numerant ut choriambum – ⏓, – ⏑⏑ –, ⏓

(2) » » » » – ⏓, – ⏑⏑ –, ⏑ –

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

604. *Asclepiadeus minor* constat pherecratio secundo et primo catalectis, quos caesura fere disjungit.

(Hor. Od. 1. 1). *Mecenas atavis edite regibus.* --, -⏑⏑, - ‖ -⏑⏑, -⏑, ⏓ (1).

605. *Asclepiadeus major* inter utrumque membrum prioris interponit dactylum cum caesura.

(Hor. Od. 1. 18). *Nullam, Vare, sacra vite prius severis arborem.*

⏑-, -⏑⏑, - ‖ -⏑⏑, - ‖ -⏑⏑, -⏑⏓

606. Pentapodia logaoedica duplex usurpatur

1.° -⏓, -⏑⏑, -⏑, -⏑, -⏓, quae vocatur *phaleucius hendecasyllabus.*

(Catull. 1). *Cui dono lepidum novum libellum.*

(Martial. Ep. 1. 35). *Commendo tibi, Quinctiane, nostros,*
Nostros dicere si tamen libellos
Possim, quos recitat tuus poëta.

2.° -⏑, -⏓, -⏑⏑, -⏑, -⏓, quae appellatur *sapphicus minor* vel *hendecasyllabus;* post alterum pedem fere adhibetur caesura.

(Hor. Od. 1. 22). *Integer vitae scelerisque purus.*

(id. ib. 1. 2). *Jam satis terris nivis atque dirae.*

N. B. Sapphicus major his syllabis constat: -⏑, --, -⏑⏑, - ‖ -⏑⏑, -⏑, -⏓

(Hor. Od. 1. 8). *Te deos, oro, Sybarim cur properes amando.*

607. *Alcaicus* triplex est:

1.° *enneasyllabus* proprie est dimeter iambicus hypercatalecticus, cujus tertius pes semper est spondeus, ex reliquis pares sunt iambi, impares vel spondei vel iambi.

(Hor. Od. 3. 2). *Matrona bellantis tyranni.* --, ⏑-, --, ⏑-, ⏓

2.° *decasyllabus* acatalecticus constat dipodia duplici, altera dactylica, altera trochaica.

(Hor. Od. 1. 9). *Flumina constiterint acuto.* -⏑⏑, -⏑⏑, -⏑, -⏓

3.° *hendecasyllabus* constat tripodia iambica catalectica, et pherecratio primo catalecto; primum membrum claudit caesura, quae raro brevis est.

(Hor. Od. 2. 3). *Aequam memento rebus in arduis.* ⏓-, ⏑-, ⏓ ‖ -⏑⏑, -⏑, ⏓

608. *Archilochius iambelegus* constat quatenario acatalectico et archilochio minore (n. 593).

(Hor. Epod. 13). *Nivesque deducunt Jovem; nunc mare nunc siluae.*

⏓-, ⏑-, ⏓-, ⏑⏓ ‖ -⏑⏑, -⏑⏑, -

609. *Archilochius major* constat alcmanio (n. 594) et tripodia trochaica acatalectica.

(1) Nonnulli numerant ut choriambum --, -⏑⏑- ‖ -⏑⏑-, ⏑⏓

(Hor. Od. 1. 4). *Solvitur acris hiems grata vice veris et Favoni.*

-⏑⏑, -⏑⏑, -⏑⏑, -⏑⏑ ‖ -⏑, -⏑, -⏓

ARTICULUS VII. De strophe

610. Ejusdem versus indefinita iteratio vocatur *monostichon* vel κατὰ στίχον. *Strophe* (στροφή) vel *systema* (σύστημα) vel *metrum* est ordo versuum qui identidem revertitur. Strophe pro numero versuum quibus constat appellatur *distichon, tristichon, tetrastichon;* ex versuum vero qualitate dicitur *monocolos,* si omnes sunt ejusdem speciei; *dicolos,* si sunt duplicis; *tricolos* etc. (1).

611. *Distichon* proprie dicitur strophe, quae constat hexametro et pentametro; aliae strophae, quae duobus versibus, constant, vocantur *epodoi.*

612. Metrum *archilochium primum* constat hexametro dactylico et archilochio minore (n. 593).

(Hor. Od. 4. 7). *Diffugere nives, redeunt jam gramina campis*
Arboribusque comae.

Archilochium secundum constat hexametro dactylico et iambelego (n. 608).

(Hor. Ep. 13). *Horrida tempestas coelum contraxit, et imbres*
Nivesque deducunt Jovem: nunc mare nunc, siluae.

613. *Alcmanium* constat hexametro dactylico et alcmanico catalectico in dissyllabum (n. 594).

(Hor. Od. 1. 7). *Laudabunt alii claram Rhodon aut Mitylenen,*
Aut Ephesum, bimarisve Corinthi.

614. *Iambicum* constat senario et quaternario acatalectis (n. 599).

(Hor. Ep. 4). *Ibis Liburnis inter alta navium,*
Amice, propugnacula.

615. *Pithiambicum primum* constat hexametro dactylico et quaternario acatalecto.

(1) Antiqui vocabant κοινά, id est communia, illa poëmata, in quibus strophae erant *monocoloi;* cujusmodi est apud Horatium carmen *asclepiadeum primum* constans quatuor asclepiadeis majoribus (n. 605) (Hor. Od. 1. 11), et *asclepiadeum secundum,* quod quatuor itidem asclepiadeis minoribus componitur (n. 604) (Hor. Od. 1. 1). *Maecenas atavis edite regibus, etc.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

(Hor. Ep. 14). *Nox erat et coelo fulgebat aurora sereno*
Inter minora sidera.

Pithiambicum secundum constat hexametro et senario acatalecto.
(Hor. Ep. 16). *Altera jam teritur bellis civilibus aetas,*
Suis et ipsa Roma viribus ruit.

616. *Asclepiadeum quartum* constat glyconio (n. 603) et asclepiadeo minore acatalecto (n. 604).
(Hor. Od. 1. 3). *Sic te diva potens Cypri,*
Sic fratres Helenae, lucida sidera.

617. *Hipponacteum* constat dimetro trochaico catalecto et senario catalecto.
(Hor. Od. 2. 18). *Non ebur neque aureum*
Mea renidet in domo lacunar.

618. *Sapphicum primum* constat pherecratio primo acatalecto (n. 602. N. B.) et sapphico majori (n. 606. N. B.).
(Hor. Od. 1. 8). *Lydia dic, per omnes*
Te deos oro, Sybarim cur properes amando (1).

619. *Archilochium tertium* constat senario acatalecto et archilochio iambelego.
(Hor. Ep. 11). *Petti, nihil me sicut antea juvat*
Scribere versiculos amore percussum gravi.

620. *Archilochium quartum* constat archilochio majore et senario catalecto (n. 609).
(Hor. Od. 1. 4). *Solvitur acris hiems grata vice veris et Favoni,*
Trahuntque siccas machinae carinas.

621. *Asclepiadeum tertium* constat tribus asclepiadeis minoribus acatalectis et glyconio (n. 603 et 604).
(Hor. Od. 1. 6). *Scriberis Vario fortis et hostium*
Victor Maeonii carminis alite,
Quam rem cumque ferox navibus aut equis
Miles te duce gesserit.

622. *Sapphicum* constat tribus sapphicis hendecasyllabis et adonio (n. 606. 2.° et 592).
(Hor. Od. 1. 2). *Jam satis terris nivis atque dirae*

(1) Geminatur utrumque carmen, proprie enim stropha ex quatuor carminibus coalescit.

Grandinis misit Pater, et rubente
Dextera sacras jaculatus arces
Terruit urbem.

623. *Asclepiadeum quintum* constat duplici asclepiadeo minore, pherecratio, et glyconio (n. 602 seqq.).
(Hor. Od. 1. 14). *O navis, referent in mare te novi*
Fluctus? O quid agis? fortiter occupa
Portum. Nonne vides ut
Nudum remigio latus....

624. *Alcaicum primum* constat duplici alcaico hendecasyllabo, altero enneasyllabo et tertio decasyllabo (n. 607).
(Hor. Od. 1. 9). *Vides ut alta stet nive candidum*
Soracte, nec jam sustineant onus
Silvae laborantes, geluque
Flumina constiterint acuto.

CAPUT IX

DE PATRONYMICIS NOMINIBUS [544-553]

§ I. De patronymicis nominibus in genere

625. Propria poetarum sunt, quae a grammaticis *patronymica* vocantur. Haec fere a graecis nominibus fiunt, atque in *des*, vel *as*, vel *is*, vel *ne* exeunt.
Quae in *des* exeunt masculina sunt et primae declinationis, ut *Pelides*, i. e. Achilles *Pelei* filius; *Aeacides*, i. e. Achilles idem, *Aeaci* nepos; *Aeacides* etiam Pyrrhus Epirotarum rex ab *Aeaco* originem trahens.
(Ovid. Heroid. 8. 38). PELIDES *utinam vitasset Apollinis arcum.*
(Virg. Aen. 1. 99). *Saevus ubi* AEACIDAE *telo jacet Hector, ubi ingens.*
(Id. Aen. 6. 840). *Ipsumque* AEACIDEM *genus armipotentis Achillis.*
Quae in reliquas syllabas exeunt feminina sunt, et quidem in *as* et *is* tertiae declinationis, quae vero in *ne* primae (Cf. n. 484, seqq.); *Thestias adis*, i. e. Althaea, *Thestii* filia. *Thaumantias adis*, i. e. Iris, *Thaumantis* filia. *Aeolis idis*, i. e. Alcyone, *Aeoli* filia. *Atlantis idis*, i. e. Electra, *Atlantis* filia. *Nerine es*, i. e. Galatea, filia *Nerei*.
(Ovid. Trist. 1. 7. 18). THESTIAS *et melior matre fuisse soror.*
(Virg. Aen. 9. 5). *Ad quem sic roseo* THAUMANTIAS *ore loquuta est.*
(Ovid. Met. 11. 573). AEOLIS *interea tantorum ignara malorum.*
(Virg. Aen. 8. 135). *Electra, ut Graji perhibent,* ATLANTIDE *cretus.*
(Id. Ecl. 7. 37). NERINE *Galatea, thymo mihi dulcior Hyblae.*

§ II. Unde formentur patronymica

626. Patronymica formantur:
1.° A patrum majorumque nominibus, et filium aut filiam, nepotem aut neptem, aut ex posteris aliquem significant, ut *Pelides*, filius *Pelei*; *Nerine*, filia *Nerei*.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

2.° A matribus et fratribus, ut *Iliades*, i. e. Romulus ab *Ilia* matre; *Philyrides*, i. e. Chiron centaurus, a *Philyra; Latois idis* vel *idos*, i. e. Diana, a *Latona; Phoronis*, i. e. Io seu Isis *Phoronei* soror; *Phaëthontias*, i. e. soror *Phaethontis*.

(Ovid. Met. 14. 781). *Clauserat* ILIADES, *unam tamen ipsa recludit.*
(Id. Art. Am. 1. 11). PHILYRIDES *puerum cithara perfecit Achillem.*
(Id. Met. 8. 278). *Praeteritae cessasse ferunt* LATOIDOS *aras.*
(Id. ib. 1. 668). *Nec superum rector mala tanta* PHORONIDOS *ultra.*
(Virg. Ecl. 6. 62). *Tum* PHAETHONTIADES *musco circumdat amarae.*

3.° A regibus et conditoribus, ut *Romulidae*, i. e. Romani, a *Romulo; Dardanidae*, i. e. Trojani, a *Dardano;* iidem *Aeneadae*, ab *Aenea; Cecropidae*, i. e. Athenienses, a *Cecrope;* iidem *Thesidae*, a *Theseo*.

(Pers. Sat. 1. 31). ROMULIDAE *saturi, quid dia poemata narrent.*
(Virg. Aen. 5. 45). DARDANIDAE *magni, genus alto a sanguine divum.*
(Id. ib. 3. 18). AENEADASQUE *meo nomen de nomine fingo.*
(Ovid. Met. 7. 671). CECROPIDAS *duxit, cum queis simul ipse resedit.*
(Virg. G. 2. 383). THESIDAE *posuere atque inter pocula laeti.*

4.° A regionibus, urbibus, montibus, fontibus, fluviis aliisque rebus. Quae formam quidem patronymicam habent, re autem vera *gentilia* sunt, aut pro possessivis adjectivisque nominibus ponuntur, ut *Asis, Italis, Libystis, Ausonis, Sarmatis, Sithonis, Colchis, Thesalis, Sicelis, Sidonis, Ilias, Troas, Erymanthis, Moenalis, Pieris, Tritonis, Pegasis, Phasis, Phaebas dos*, fatidica *Phaebi* sacerdos.

(Ovid. Met. 9. 447). *Aegeas mentiris aquas et in* ASIDE *terra.*
(Virg. Aen. 5. 37). *Horridus, in jaculis et pelle* LIBYSTIDIS *ursae.*
(Ovid. Trist. 1. 2 82). SARMATIS *est tellus, quam mea vota petunt.*
(Virg. Aen. 1. 480). *Crinibus* ILIADES *passis peplumque ferebant.*
(Ovid. Fast. 2. 42). *Credulus immerita* PHASIDA *juvit ope.*

§ III. PATRONYMICA MASCULINA QUO PACTO FORMENTUR

627. Nomina *a* finita assumunt *des* syllabam, ut Ilia *Iliades; as* terminata assumunt *de* syllabam ante *s*, ut Aeneas *Aeneades*, Pheraetias *Pheraetiades*.

N. B. 1.° *A* finita nonnumquam ipsum *a* mutant in *i*, ut Phylira *Phylirides*.

As terminata interdum *i* ante *a* assumunt, ut Amyntas *Amyntiades* i. e. Philippus, *Amyntae* filius.

N. B. 2.° *Aeneides*, Julus, Aenae filius, fit a graeco Αἰνείας, sublato *a*.

(Ovid. Met. 8. 300). *Cumque* PHERAETIADE *et hyanteo Iolao.*
(Id. ib. 283). *Aut ut* AMYNTIADEM *turpi dilectus amore.*
(Virg. Aen. 9. 653). *Sit satis*, AENEIDE, *telis impune Numanum.*

Es finita mutant *es* in *ades*, ut Hippotes *Hippotades*, i. e. Aeolus, *Hippotae* filius.

(Ovid. Met. 1. 662). *Clauserat* HIPPOTADES *aeterno carcere ventos.*

N. B. Haec saepe *i* ante *a* admittunt, ut Anchises *Anchisiades*; Laërtes *Laertiades*.

(Virg. Aen. 8. 521). *Aeneas* ANCHISIADES *et fidus Achates.*
(Ovid. Met. 14. 48). *Saxa moves gemitu* LAERTIADAEQUE *precaris.*

628. Nomina secundae declinationis *us* finita in genitivo assumunt *des* syllabam penultima brevi, ut Aeacus Aeaci *Aeacĭdes;* sic *Priamides* a *Priamo, Aeolides* ab *Aeolo, Tantalides* a *Tantalo, Tereïdes* a *Tereo*.

(Ovid. Met. 13. 99). PRIAMIDEMQUE *Helenum rapta cum Pallade captum.*
(Id. ib. 436). TANTALIDES *tu sis*, TEREIDESQUE *puer.*
(Virg. Aen. 6. 164). *Misenum* AEOLIDEN *quo non praestantior alter.*

N. B. 1.° Nonnulla penultimam habent longam, ut *Belīdes, Lycurgīdes, Amphiaraïdes.*

(Virg. Aen. 2. 82). BELIDAE *nomen Palamedis, et inclyta fama.*

N. B. 2.° Quae a nominibus secundae declinationis fiunt, interdum etiam ante *des* syllabam *a* litteram recipiunt, ut Battus *Battiades*, Asopus *Asopiades;*

Si vero in *ius* exeunt, posterius *i* genitivi in *ă* mutant, ut Menoethius, Menoethii *Menoethiădes*, Thestius *Thestiădes*, Nauplius *Nauplĭădes*.

Japetionides ab Japeto, pro *Japetides*, longius a norma recessit.

(Ovid. Fast. 2. 55). *Nunc quo* BATTIADES *inimicum devovet Ibin.*
(Id. Met. 7. 484). ASOPIADES *petis irrita, dixit, et urbi.*
(Id. Heroid. 1. 17). *Sive* MENOETIADEM *falsis cecidisse sub armis.*
(Id. Met. 13. 310). *Sed neque* NAUPLIADES *facinus defendere tantum.*
(Id. ib. 4. 631). JAPETIONIDES *Atlas fuit, ultima tellus.*

629. Genitivus nominum in *eus* assumit *des* syllabam penultima longa. *E* enim et *i* vocalem in *i* longum vel *ei* diphthongum contrahuntur, vel ei more graecorum, ut a plerisque scribitur, ut Atreus Atrei, *Atrīdes* sive *Atreides*. Sic *Pelīdes, Alcīdes, Achillīdes, Thesīdes, Tydīdes*, et sexcenta alia.

(Ovid. Met. 13. 230). *Convocat* ATRIDES, *socios terrore paventes.*
(Virg. Aen. 10. 401). *Te precor*, ALCIDE, *coeptis ingentibus adsis.*
(Ovid. Heroid. 8. 3). *Pyrrhus* ACHILLIDES *animosus imagine patris.*

N. B. Haec rarius *ă* ante *des* syllabam habent.

(Virg. Aen. 3. 219). *Panthus* OTHRIADES *arcis Phoebique sacerdos.*

630. Si nomina sint tertiae declinationis, patronymica fiunt a dativo, addita *des* syllaba, ut Agenor Agenoris, *Agenorĭdes* i. e. Cadmus filius *Agenoris; Thestorĭdes* i. e. Calchas filius *Thestoris; Actorĭdes* i. e. Patroclos nepos *Actoris*.

(Ovid. Met. 3. 90). *Donec* AGENORIDES *conjectum in gutture ferrum.*
(Id. ib. 12. 19). THESTORIDES, *vincemus, ait: gaudete Pelasgi.*
(Id. ib. 13. 273). *Reppulit* ACTORIDES *sub imagine tutus Achillis.*

Excipe 1.° Nomina *as* finita, quorum genitivus exit in *antis;* haec enim *ă* litteram ante *des* syllabam petunt, ut Abas Abantis, *Abantĭades*. Sic *Atlantĭades, Paeantĭades, etc.*

(Ovid. Met. 5. 326). *Victor* ABANTIADES *patrios cum conjuge muros.*
(Id. ib. 8. 627). *Venit* ATLANTIADES *positis caduceifer alis.*

2.° Eodem fere modo formantur, quae a nominibus in *on* fiunt, ut Telamon *Telamoniades, Laomedontiades etc.*

A *Scipione* tamen non *Scipioniades* sed *Scipiades*, imminuto verbo, nascitur.

(Ovid. Met. 13. 231). *Nec* TELAMONIADES *etiam nunc hiscere quidquam.*
(Virg. Aen. 8. 158). LAOMEDONTIADEM *Priamum Salamina petentem.*
(Id. G. 2. 170). SCIPIADAS *duros bello et te, maxime Caesar.*

§ IV. PATRONYMICA FEMININA QUO PACTO FORMENTUR

631. Patronymica feminina, quae in *as* et *is* exeunt, fiunt a masculinis, syllaba *de* sublata, ut a Thestiades *Thestias Thestiadis;* ab Aeetiades *Aeetias Aeetiadis;* a Tantalides *Tantalis idis;* a Dardanides *Dardanis idis;* a Belides *Belis idis*.

(Ovid. Met. 7. 9). *Concipit interea validos* AEETEIAS *ignes.*
(Id. Heroid. 8. 122). *Aut ego Tantalidae* TANTALIS *uxor ero.*
(Id. Met. 4. 462). *Assidue repetunt, quas perdant* BELIDES *undas.*

N. B. 1.° A *Pelides* patronymico masculino poetae dicunt *Peliades;* ex quo femininum patronymicum *Pelias Peliadis*.

(Ovid. Heroid. 3. 126). *Transeat Hectoreum* PELIAS *hasta latus.*

N. B. 2.° Quaedam tum in *as* tum in *is* exeunt, ut *Aeetias* et *Aeetis, Atlantias* et *Atlantis*.

(Virg. G. 1. 221). *Ante tibi eoae* ATLANTIDES *abscondantur.*
(Sil. It. P. 16. 137). *Vixque* ATLANTIADUM *rubefecerat ora sororum.*

N. B. 3.° Feminina, quae a masculinis fiunt penultima longa, in *eis* desinunt, soluta diphthongo, *ĕ* brevi in longum verso, ut ab Aeneides *Aenēis idos;* ab Achilleides *Achillēis idos.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

(Ovid. Trist. 2. 533). *Et tamen ille tua felix* AENEIDOS *auctor.*
(Juvenal. Sat. 1. 2). *Vexatus toties rauci* THESEIDE *Codri.*

632. *Ne* finita a genitivo fiunt masculini, addita syllaba *ne*, penultima longa, ut a Neptuni *Neptunīne*. Sic *Adastrīne*, *Nerīne* a genitivo *Adastri Nerei*, ĕ et ĭ mutatis in ī longum.
(Catull. 64. 28). *Tene Thetis tenuit pulcherrima* NEPTUNINE.

CAPUT X

DE ACCENTU [563-569]

ARTICULUS I. REGULAE GENERALES

633. In quocumque sono quatuor sunt omnino distinguenda: *tonus*, *contentio*, *duratio*, et certa quaedam harmonia, quam vernacule vocant *timbre*.

Jam quum syllabarum pronuntiatio, quae nostri muneris est, spectatur, postrema illa qualitas physicis aut physiologis integra relinquenda est, *duratio* parit *quantitatem*, de qua satis multa diximus in superioribus capitibus; *tonus* denique et *contentio* appellantur *accentus*. Unde *accentus* duplex est: alter sistit in elatione aut demissione soni, alter in majore vel minore ejusdem soni contentione. Ex his prior proprius fuit Graecorum, quem τόνον vel προσῳδίαν appellarunt: latini vero utrumque conjunxerunt, eosque vocarunt *tonos*, *tenores* vel *tonores*, *voculationes*, *moderamenta vocum*, *fastigia vocis*, *voces*, grammatici fere *accentus* «ab accinendo, ut dicit Diomedes (P. 425, K. 430), quod sit quasi quidam cujusque syllabae cantus» (1).

Accentus rector est ac moderator pronuntiationis, eo enim vel attollitur vel dejicitur vox, vel partim attollitur partim dejicitur. Quocirca ipsum non immerito quidam vocis animam appellarunt.

634. Tres sunt tenores, *acutus* (á), *gravis* (à), *circumflexus* (â). Unde Cicero: «Mira est natura vocis, cujus quidem e tribus sonis omnino, in-

(1) Diligenter est distinguendus accentus a quantitate, quod quidam minime fecerunt, unde non pauca vitia in lingua tum latina tum vernacula orta sunt; aliud enim est quantitas syllabae (ut est apud P. Alvarum n. 569), aliud accentus: quantitas in longitudine et brevitate syllabae posita est, at accentus in moderanda voce ac pronuntiatione versatur. (Cf. Coll y Vehí.—*Diálogos literarios. Prólogo*, § *II*). Distinguendus etiam ab *ictu*, de quo in *arte metrica* (n. 576), saepe enim ictus et accentus in diversis syllabis reperiuntur. Caeterum lingua vernacula proprium *tenorem*, accentum scilicet in tonorum diversitate fundatum, nullatenus retinet; altero accentu contenta, eo nempe qui constat ex diversa ejusdem toni contentione: quam pronuntiandi rationem ad linguam etiam latinam transtulimus.

flexo, acuto et gravi, tanta sit et tam suavis varietas profecta in concentibus.»

Acuto attollitur syllaba, gravi deprimitur, ut *pópŭlŭs;* antepenultima acuitur, penultima vero et ultima deprimuntur gradatimque descendunt.

Accentu circumflexo partim attollitur partim deprimitur syllaba, ut *românus*. Sonus hodie incertus est, siquidem latinae linguae hospites, veterisque pronuntiationis ignari, eodem plane sono tum acutas tum flexas voces efferimus.

635. Acutus in penultima vel antepenultima locum habet, circumflexus in penultima tantum, gravis ubi uterque abest. Nullum autem verbum est sine acuto accentu aut circumflexo. Verum simul cum usu latini sermonis etiam antiquam pronuntiationem amisimus.

Atque olim quidem *monosyllaba* natura longa aut positione simul et natura inflectebantur, ut *môx*, *rôs*, *lûx*. In *dissyllabis* et *polysyllabis* penultima inflectebatur, si esset natura longa aut positione simul et natura, modo esset brevis ultima, ut *românus;* alioquin acuebatur, ut *ármis*, *victóres*. Haec in scribendo grammatici tantum servabant.

Quod ad pronuntiationem spectat, in *dissyllabis* prior acuitur sive longa sit sive brevis, ut *Róma*, *móres*, *árma*, *vírum*.

In *polysyllabis* penultima, si longa est, acuitur, ut *mortālis*, *sollicitūdo:* quod si penultima brevis est, acuitur antepenultima, ut *gémitus*, *sollícitus*.

ARTICULUS II. EXCEPTIONES

636. Priscianus sic praecipit (P. 739; K. I. 302): *In abscissionibus, si ea vocalis, in qua est accentus, integra manet, servat etiam accentum integrum.* Ob quam regulam censet

1.° acuendam penultimam, licet brevis sit, in vocativo singulari nominum in *ius* secundae inflexionis: v. gr.

Virgĭli pro *Virgilie* a *Virgilius*. *Valĕri* pro *Valérie* a *Valerius*, etc.

Qua in re, etsi P. Nigidius Ciceronis tempore docuerat in *Valeri* acuendam esse primam; Gellius tamen, qui floruit Adriani temporibus, id referens (Noctes Atticae. 13. 25), ait: *Si quis nunc Valerium appellans, in casu vocandi secundum praeceptum Nigidii acuerit primam* (Váleri), *non aberit quin rideatur.* Huic opinioni subscribunt apud P. Ricciolium (1) inter alios Manutius, Vossius, Despauter etc., nec reluctatur Emmanuel noster in postrema appendice prosodiae [568], propter usum, qui procedente tempore accentus immutandi vim obtinet; idcirco enim penultimam quantumvis brevem acuimus in vocativis *Ambrósi*, *Gervási*, *Gregóri*, *Protási*. Sed de his quatuor manifesta est consuetudo etiam doctissimorum virorum et universalissima; at de reliquis vocativis hujusmodi nondum praevaluit consuetudo, saltem apud nos. Haec P. Ricciolius. Recentiores etiam potius adhaerent sententiae Gellii. Perspectis rationibus, servandus mos eorum cum quibus vivimus.

(1) *Prosodia Bononiensis. Pars octava. Append.* 4. Multa quae in hoc capite adhibentur inde desumuntur.

2.° circumflectendam ultimam

α) in aliquibus nominibus ubi facta est abscissio : v. gr.

Arpinās pro *Arpinātis*. *Samnīs* pro *Samnītis*.
Nostrās » *Nostrātis*. *Locuplēs* » *Locuplētis* [Cf. n. 14].

β) in adverbiis compositis ex particula *ce*, quae amisit vocalem : v. gr.

illāc pro *illāce*. *istīc* pro *istīce*.
illūc » *illūce*. *istīnc* » *istīnce*.

γ) in vocibus in quibus enclitica *ne* amisit suam vocalem : v. gr.

audīn pro *audīsne*. *illān* pro *illāne*.
nostīn » *nostīne*. *tantōn* » *tantōne*.

δ) in imperativo compositorum verbi *dūco* : v. gr.

edūc pro *edūce*. *prodūc* pro *prodūce*.

Probant haec nonnulli antiqui (Cf. Ricciolium app. 2) et multi recentiores.

At ego, inquit ibi P. Ricciolius, longe pluris facio auctoritatem Nigidii, Ciceronis, Diomedis et Quintiliani, negantium ullam omnino dictionem latinam in ultima syllaba acui aut circumflecti (1). Priscianus enim Quintiliano quingentis annis posterior, Constantinopoli potius quam Romae floruit; nempe eo tempore et loco, quo barbaries sermonis jam invalescebat.—Idem tenendum quod supra diximus.

637. Idem Priscianus et alii grammatici censent acuendam vel circumflectendam ultimam in aliquibus vocibus, ut ab aliis homonymis distinguantur : v. gr. (2)

circum	praepos. et	*circum*	subst.	*ponĕ*	praepos. et *póne* verb.
unā	adverb. »	*una*	adject.	*falsŏ*	adverb. » *fálso* adject.
ergŏ	praepos. »	*ergo*	conjunct.	*quantĭm*	relat. » *quántum* interrog.

Haec multi post Quintilianum et aliqui etiam ejus aetate ut ipse scribit l. 1. cap. 5. Obstant exposita in 2.°. Recte ergo monet P. Alvarus, ne si quempiam adverbia *pone, fere, una* ultima acuta audieris pronuntiantem, inscitiae damnaveris.

638. Alia exceptio affertur in particulis *que, ve, ne* a Diomede, Prisciano, Servio, Capella, etc. (3); jubent enim, quotiescumque hae particulae aliis vocibus adhaerent, accentum poni in extrema syllaba praecedentis dictionis: v. gr. *terrăsque, hominēsne, ferăve, armăque, corporăque, liminăque*, etc. Hanc sententiam sequuntur fere recentiores grammatici.

Elegantior aliis illa ratio videtur et Latinorum propria, ut hae conjunctiones nihil accentum immutent *terras-que, tractus-que, etc.*, nimirum, ut tamquam duae dictiones pronuntientur, quarum suum quaeque accentum habeat. Verum nullatenus censent probandos illos, qui in hyperdisyllabis cum penultima brevi accentum adhibent in syllaba tertia a fine, numerata enclitica: v. gr. *corpŏraque*. «Certe (ait Ricciolius app. 5) qui sic pronuntiaret exsibilaretur, propter consuetudinem manifestam in contrarium doctorum virorum, qui in his pluralis numeri aut collocant accentum acutum in quarta a fine, sed particulas *que, ve, ne* ferme disjunctim pronunnuntiant; vel, si conjunctim, tunc acuunt quidem penultinam, dicentes *liminăque, poculăque, tribulăque.*» Utraque ratio, scribit P. Paria, probabilis est, neutra reprehendenda; prior tamen illa jam videtur usitatior ac certe in soluta etiam oratione numerosior (1).

N. B. Nonnulli in infinitum fere multiplicant encliticas : v. gr.

inde, ideo jubent dici *déinde, éxinde, périnde*, etc.
quando, » *néquando, siquando*. Excipe *aliquándo ecquándo*.
quam, » *antéquam, postéaquam*.
vir, » *duóvir, quinquévir*.
circa, » *quócirca, idcirco*.
propter, » *eapropter, quápropter*.
versus et *tenus*, » *Italiám versus, crurúm tenus*, etc. (Conf. Édon. cap. 7. n. 18).

Haec vix usurpanda videntur, sunt enim contra veterem legem, ut ait Quintilianus, et vix unum aut alterum ex antiquis suffragatorem habent.

639. Praepositiones suis casibus praepositae uno eodemque tenore simul cum ipsis efferuntur, ac si una tantum esset vox, auctore Quintiliano l. 1. cap. 5. n. 27, ut *per fórum, ab éo, ad Déum, praeter mórem, contra foédus, etc.* [428].

N. B. Voces, quae ita pronuntiantur, vocantur *procliticae*. Ejusmodi autem sunt de aliquorum sententia, praeter praepositiones, multae aliae :

haud : v. gr. *haud scio, haud quáquam*.
pessum, venum si unam vocem efficiunt cum alio verbo : v. gr. *venumdáre* (vel *vénum dáre*), *pessumdáre* (vel *péssum dáre*).

Prima pars compositorum verbi *facio* in quibus *a* non mutatur in *i* : v. gr.

arefácio,	*arefácis*, etc.	*arefac* ;	*arefio*,	*arefis*, etc.
benefácio,	*benefácis*, etc.	*benefac* ;	*benefio*,	*benefis*, etc.
calefácio,	*calefácis*, etc.	*calefac* ;	*calefio*,	*calefis*, etc.
satisfácio,	*satisfácis*, etc.	*satisfac* ;	*satisfio*,	*satisfis*, etc.

potest tamen dici *sátis fácio* etc. [89].

Item in compositis verbi *dico* : v. gr. *benedico, maledico, valedico*, etc.

---

(1) Expresse Quintilianus l. 12. cap. 10. *Ultima syllaba nec acuta umquam excitatur, nec flexa circumducitur ; sed in gravem vel in duas graves cadit semper.* Vide plura in parte octava. Pros. Bon. app. 1.

(2) Vide loca grammaticorum in P. Ricciolio app. 1. vel in Édon cap. 7. n. 15.

(3) (Diomedes, 2). *Item complexiva conjunctio sive copulativa* QUE *et disjunctiva* VE *et dubitativa* NE *adjunctae verbis, et ipsae amittunt fastigium, et verbi antecedentis longius positum acumen adducunt, et juxta se proxime collocant.*—(Priscianus p. 1224). *Solent (que, ve, ne) suos accentus in extrema syllaba praecedentis dictionis remittere.*—(Capella l. 3. cap. de Fastigio). *Numquam migrabit acutus sonus de primis syllabis in postremas, praeter particulas conjunctivas, quarum hoc proprium est, acuere partes extremas vocum quibus adjunguntur.*—(Servius Aen. 1). *Pronuntiationis causa, contra usum latinum, syllabis ultimis, quibus particulae adjunguntur, accentus tribuitur : ut* MUSAQUE, ILLENE, CUIQUE.—(Vossius l. 2. cap. 9). *Voces encliticae rejiciunt accentum suum in syllabam praecedentem, ut* LIMINAQUE, LAURUSQUE *dei.* Nec censent hi obstare discrimen a longis, nam veteres ita pronuntiabant haec, ut tamen quantitatis rationem haberent : ac praeterea, si penultima natura longa est, quum *que, ve, ne* sint ultimae et breves, tunc penultima est circumflectenda, ut in ablativis *terrāque, musāve*; at si brevis, acuenda erit, ut in nominativo : et ita servatur sufficiens discrimen. (Cf. Ricciolium. app. 5).

(1) Recentiores nonnulli ut Deecke *(Erläuterungen zur lateinischen Schulgrammatik, pag.* 21, §. 14, *Zus.* 2.—*Berlin*, 1893), Ellendt-Seyfferts *(Lateinische Grammatik, pag.* 3, §. 6, 3.—*Berlin*, 1898), Harre *(Lateinische Schulgrammatik. Erster Teil, pag.* 2, §. 4, *Anm.* 2.—*Berlin*, 1885), etc. conjiciunt latinos acuisse penultimam, ubi haec longa erat : v. gr. *lápsaque, pergrátane, meliórave*, item *térraque*, etc.; subjungit tamen Deecke, his recentiorum grammaticorum dictis non esse integram fidem adhibendam.

UNIVERSIDAD DE SAN ANTONIO DE ROMA DE CÓRDOBA ® REAL DE BIBLIOTECAS

Tandem primum verbum quarumdam loquutionum : v. gr.

Magister équitum. *Pater familias.*
Tribunus plébis. *Orbis terrárum*, etc. (1).

De his idem fere judicium esto ac de superiore N. B.

ARTICULUS III. De vocibus graecis et hebraeis

640. Verba plane graeca graeco accentu pronuntiantur, ut λιθόστρωτος *lithostrōtos*, κύριε *kyrïe*. Ελέησον *eléison* verbum est quatuor syllabarum, cujus non ultima sed antepenultima acuitur.

Sin latine inflectantur, ad latinorum normam dirigenda sunt. Itaque *Penélŏpe, Rhódŏpe, Hécăte, Antŏpe, Calliŏpe, rethŏrĭce, grammătĭce* et alia hujusmodi, antepenultimam acuunt, quia penultima brevis est.

N. B. 1.° *Caesarĕa, Laodicĕa, Thessalonĭca, idŏlum* et alia hujusmodi acuunt penultimam, quia longa est. Alia in quibus penultimum *i* vel *e* breve est, acuenda essent in antepenultima : v. gr. *Mărĭa, Máthĭas, Andrĕas, idĕa, philosóphĭa, homilĭa*, etc. sicut omnes dicunt *Ecclésĭa, comoédĭa, tragoédĭa*, etc.; tamen quia in his graeci acuunt penultimam, «hanc rationem pronuntiandi, ait P. Alvarus, sequuntur latini, quum ea vel longo usu recepta est, vel aures eorum offendit quibuscum vivunt. Malunt enim graecorum more pronuntiare, quam nova pronuntiatione amicorum aut piorum hominum aures offendere. Quare cavendum est ne decipiamur graeco tono: etsi enim recte, verbi causa, graeco ritu *Maria, Andréas* penultima acuta efferuntur, barbarismus tamen fiet, si in carmine producatur; aliud enim est quantitas syllabae, aliud accentus: quantitas in longitudine et brevitate syllabae posita est; at accentus in moderanda voce ac pronuntiatione versatur.»

N. B. 2.° *Atreus, Theseus, Orpheus, Tereus, Phalereus* et alia hujusmodi, si solvant diphthongum, acuunt ante penultimam, itemque in caeteris casibus latinis, *Térei, Ulyssei, Orpheo, Phaléreo, Átreum, Théseum*, etc. Virgilius diphthongum solvit: *Tantum non* ORPHEUS *Hebrum*. Accusativus graecus *Atrea, Terea* et alia ejusmodi, videntur nonnullis accentum quoque graecorum retinere posse penultima acuta, quia graece Ἀτρέα, Τηρέα. Qua ratione *Orphéos* etiam gignendi casu acuenda esset penultima, in qua est graecus accentus. Verum quantitatis potius latinis habenda ratio. Quod si interdum horum nominum producatur a latinis penultima, vel id erit, si substantiva sint, ab Ionum dialecto, qui per ηος ea flectunt (Virg. ILIONEA *petit*. Id. IDOMENEA *ducem)*; vel si adjectiva sunt, fiunt a diphthongo ει (Ovid. *O mihi* THESEA *pectora juncta fide*. Martial. *Quidquid in* ORPHEO *Rhodope spectasse theatro)*.

641. Quae hebraea omnino sunt, neque latinitate donata, hebraeo tono pronuntiari licet, ut *amen, Jerusalém, Israél, Jacób, cherubim, seraphim* ultima acuta, ut pleraque hebraea pronuntiantur. In his tamen ipsis regionum videtur consuetudo servanda. Verum si latine flectantur, latine pronuntianda sunt, ut *Sára, Móses, Élias, Elíseus*, etc. quae per casus flectuntur; nam apud Hebraeos indeclinabilia sunt.

N. B. 1.° *Abel, Cain, Lamec, Noe, Abigail, Baal, Edom, Ephrata, Ephraim, Gomor, Isboseth, Phase, Sibboleth*, et quae in *hezer, sedec, melec, ai* exeunt, ut *Elihezer, Melchisedec, Abimelec, Sarai, Sinai, Abisai* et alia quaedam, penultima acuta pronuntiantur apud Hebraeos: quocirca is accentus servari potest a latinis, quum indeclinate usurpantur. Nam si declinari possunt *Abigail Abigaïlis, Ephrata Ephratae, Melchisedech Melchisedecis*, satius videtur accento latino pronuntiare acuta antepenultima in nominativo. Quin

(1) De his quae in toto hoc capite traduntur, confer Édon *(Écriture et Prononciation du latin savant et du latin populaire, pag. 271, cap. 7.—Paris, 1882)* et Seelmann *(Die Aussprache des Latein, pag. 15 et seqq.)*.

etiam tum haec tum caetera, quamvis non declinata, complures viri docti latino accentu efferre non dubitant.

N. B. 2.° Si qua erit vel in hebraeis vocibus vel in graecis, cujus verus accentus propter insolentiam, vulgi aures graviter offendat: in vulgi conventu satius videtur (id quod fecisse se Cicero dicit), scientiam sibi reservare, usum populo concedere. Quocirca *Melchisedech* et *antiphona* antepenultima acuta dicam potius quam penultima, ut hebraea vel graeca pronuntiatio postulat. Quamquam de voce *antiphona* sunt, qui sentiant jure acui antepenultimam graeco more; neque esse a recto singulari feminino ἡ ἀντιφώνη, sed potius a neutro plurali τὰ ἀντίφωνα, quasi dicas *contra sonantia* seu *contrariae voci respondentia;* nam et in graecis officiis ἀντίφωνον est, non ἀντιφώνη. At *Barábbas*, penultima acuta, potius latino more, quam *Barabbás* ultima inflexa, ut graeci scribunt Evangelistae Βαραββᾶς, et syriaci accentus ratio postulat. JESUS quoque penultima acuta latino more potius, quam ultima inflexa more graecorum. Cui videlicet salutis nostrae Parenti hosce qualescunque labores offerimus ac dicamus (1).

CAPUT XI

DE ORTHOGRAPHIA

642. Ad rectam scribendi rationem, quae dicitur *orthographia*, conducit plurimum nosse, quae consonantes inter se nectantur; aut si inter duas vocales sint, num ad sequentem, an ad praecedentem spectent.

1.° Consonans eadem numquam in initio aut in fine dictionis geminatur. Si geminetur in medio, sive simplex sive composita sit vox, altera ad praecedentem, altera ad sequentem spectat vocalem. Sic igitur has voces divide : *an-nus, intel-ligo, mit-to, neces-sitas*, et sexcenta ejusmodi.

2.° In voce composita consonantes, sive una sive plures sint, praepositionis componentis vocali praecedenti adscribito, ut *ab-eo, ex-oro, ob-ruo, dis-puto, trans-fero;* quia ex praepositionibus *ab, ex, ob, dis, trans* constant: sic fere in aliis compositis. Idcirco Quintilianus in voce *haruspex*, quia pars ejus posterior a *spectando* est, *s* litteram tertiae deberi syllabae quia pars ejus posterior a *spectando* est, *s* litteram tertiae deberi syllabae censet hoc pacto; *haru-spex;* in *abstemius* vero, quia ex *abstinentia* et *temeto* composita vox est, deberi primae syllabae, sic *abs-temius*.

3.° In voce simplici consonans unica inter duas vocales posita sequenti adnectitur, ut *fi-lius, e-xemplum, u-ti-li-tas*. Sic Cassiodorus. In voce autem composita ad praecedentem vocalem spectat, ut paulo ante diximus. Idcirco scribe *ab-undo, ad-oro, per-uro*, et in graecis vocibus *syn-agoga, syn-odus, ex-odus* et similibus.

(1) Nota haec verba P. Ricciolii p. 8. cap. 2. ap. 6. «Regulae omnes et praecepta in art. II et III insinuata, semper debent cedere consuetudini, sed peritorum et manifestae et universali saltem in ea regione in qua degitur, alioquin abusus erit, ob quem non est recedendum a lege olim recepta.» (Vide ibi caetera; itemque in cap. 3. quid censendum de accentibus qui quandoque in libris depinguntur).

4.° Apud peritos graecae latinaeque linguae receptum est, quum duae pluresve in media dictione consonantes junguntur, sequenti vocali adscribendas esse, si eaedem ipsae in graecae alicujus aut latinae vocis initio junctae vel semel reperiantur; alioqui dissociandas (1). Hoc praeceptum in plura dispertiendum est.

α) Littera *s* numquam mediae dictionis syllabam claudit, nisi vel geminetur vel vox sit composita: alioquin ipsa, una cum sequente consonante, posteriori vocali adhaeret. Sic igitur sequentes syllabas divide: *a-sbestus, a-sbothus, a-scia, e-sca, di-sco, o-scito, hetru-scus, a-sphaltites, I-smarus, I-smenias, a-sper, a-spis, he-sperus, hi-spidus, hi-spanus, hospes, a-strum, ve-stis, i-sthmus*, quia vel apud graecos vel apud latinos a litteris *sb, sc, sph, sp, sm, st, sth* voces aliquae initium sumunt; ut σβέννυμι extinguo, *scamnum, scio, sphaera, sphinx, smaragdus, spatium, spero, stadium, strideo, struo, studium*, σθένος potentia.

Ascribere libet hoc loco elegantes hac de re Terentiani trochaicos.

Nestoris *si forte nomen dividendum incurrerit,*
N *et* e *versus prioris obtinebunt extimum:*
Sigma *versus insequentis atque* tau *exordium.*

Cassiodorus inquit, «Potestas *novissima syllaba* stas *erit;* noster ster. *At ubi tres sunt,* plaustrum strum, lustrant strant,» *etc.* Ubi vides litteram *s* tam cum sola muta, quam cum muta et liquida esse conjungendam.

β) Duplices *x, z*, liquidae quatuor *l, m, n, r*, quum vel ipsae geminantur, vel quum consonantem aliam media dictione praecedunt, distrahendae sunt et antecedentes ad antecedentem, sequentes ad sequentem vocalem trahendae, ut *sex-tus, al-ma, Manlius, Tur-nus, at-tus, am-bigo, san-ctus, arc-tus;* quia numquam consonantem ullam initio dictionis antecedunt nisi *m*, quae interdum ante *n* est, ut *mna, Mnestheus, mnasylas.* Has igitur jungito, ut *o-mnis, so-mnus, Agame-mnon, Clyte-mnestra* ac similes. Certe Charisius in voce *a-mnis*, literas *mn* non ad praecedentem *a*, sed ad sequentem syllabam pertinere docet. Rectius tamen Festus vocem hanc dividit *am-nis*, quum sit composita ex praepositione *am* et *nare*, id est, *fluere.*

γ) Mutae nec umquam ipsae geminatae, neque cum aliis mutis aut semivocalibus initio dictionis conjunguntur nisi cum his: *bd, bl, br, cl, cm, cn, cr, ct, dm, dn, dr, fl, fr, phth, gl, gn, gr, pl, pn, pr, ps, pt, tl, tm, tr*, ut videre est in his aliisque vocibus; *bdellium, blandus, brachium, brevis, clarus*, κμητός, (id est, *elaboratus*), *Cnaeus*, κνάω, (id est, scalpo), *creo, Creon, creare, Ctesippus*, δμάω, δμητός, (domo, domitus), ὀνοφερός, (tenebrosus), *draco, Drepanum, flagito, frater, frango*, φθίω, (corrumpo), *gloria, glans, gnarus, gratia, placeo, plaudo*, πνέω, πνεῦμα, (spiro, spiritus), *pratum, psallo, ptisana, pterygium, Tlepolemus, Tmolus, tmesis, trabs, traho.*

643. Quacumque tandem alia ratione vel mutae vel semivocales in medio coeant, ad diversas vocales revocandae sunt; quamquam in aliquibus viri docti dissentiunt. Scribendum enim censent *a-bsinthium, a-gmen, s-tigma, ple-gma* et simila graeca verbalia, *o-gdolapi, Ma-gdalena;* quum tamen, juxta praecepta tradita, sejungendae essent litterae et scribendum *ab-sinthium, etc.*, quia *bs, bm, gd*, nullius graecae aut latinae

(1) Haec regula videtur nimis universalis: quemadmodum enim ratio compositionis postulat, ut ita dividantur voces *in-scius, i-gnotus, a-gnitus, co-gnatus, i-gnavus;* ita etymologiae ratio exigere videtur, ut hoc modo separentur sequentes voces derivatae: *flos-culus, opus-culum, jus-tus, onus-tus, dic-tum, fac-tum, ac-tus, rec-tus, reg-num, mag-num* (cf. *mag-is*), *pig-nus* (cf. *pe-pig-i*), *som-nus* (pro *sop-nus*, a *sop-io*), *es-ca* (pro *ed-ca*, ab *ed-o*), et sic de caeteris derivatis; ita ut quae consona ad radicem aut ad primitivam vocem pertineat, ea non sequenti consonae, sed anteriori vocali conjungatur.

vocis initiales sunt. Quibus si quis assentiatur, tueri fortasse hac ratione se poterit, quod ἀψινθίον graece una littera duplici ψ scribitur, quae interdum apud latinos in *bs* migrat, ut λίψ, χάλυψ, (libs, chalybs); hinc fieri ut *bs* litterae et *ps*, quae multas voces inchoant, ad sequentem vocalem trahantur. Jam vero *g* media, *c* tenui, sicut *d* media, *t* tenui affinitate junguntur. Nil mirum igitur si ut sono, sic scriptura *gm, gd* perinde nectantur, ac si essent *cm, ct*. Sed haec subtilius persequendi non est hic locus.

CAPUT XII

DE INTERPUNCTIONE

644. N. B. 1.° Quemadmodum interspiratione orationem loquendo distinguimus, ita interpunctione sive interductu significamus nodos quosdam, quibus eadem oratio scribendo distinguatur. Quare, ut interpunctionis discrimina cognoscantur, orationis veluti partes cognoscendae sunt.

N. B. 2.° *Circuitus* sive *ambitus*, graece *periodus*, est apte conclusa verborum comprehensio, quae duabus praecipue partibus constat: quarum altera graece *protasis*, latine *propositio*, altera *apodosis*, id est, *quasi redditio* dicitur.

N. B. 3.° Utraque pars tum *propositio* tum *redditio* constare potest pluribus membris et incisis: atque illa quidem graece κῶλα, haec vero κόμματα nominantur.

N. B. 4.° Inter *membrum* autem et *incisum* illud interest, quod membrum longiusculum est et aliquid affirmat vel negat; incisum est breve, et saepe nihil affirmat aut negat.

645. Interductus igitur vel interpunctio inter protasin seu propositionem et apodosin sive redditionem, erit punctum semicirculo seu inversae lineae impositum, sic (;): quae tamen interpunctio semper videtur adhibenda, quum ita sensus membrorum a consequenti pendet, ut nullo modo possit sine illo consistere; id quod ipsa etiam voce suspendendum significamus.

Inter membra, praesertim si paulo majora sint, bina puncta collocantur sic (:); incisa et minora quaedam membra fere inversa lineola distinguuntur, quam *virgulam* alii, alii *comma* vocant, sic (,); quin etiam minima incisa et quae pronunciando nulla solent interspiratione distingui, ea ne scribendo quidem ulla interpunctione disjungemus. Inter periodos denique sive comprehensiones ipsas punctum collocamus sic (.).

646. Quae comprehensiones novam periocham inchoaverint, eae primam litteram habebunt majusculam. At si erunt in eadem sententia, in qua superiores comprehensiones, nullum erit litterarum discrimen, nominibus propriis tamen exceptis, quae majuscula semper inchoantur.

Est autem *periocha* certae cujuspiam rei vel negotii perfecta complexio, quae per se consistere atque a caeteris disjungi potest.

Quod si periocha argumentum valde dissimile complectatur, aliquo etiam relicto spatio a superioribus secerni solet.

Exempla horum passim suppeditantur a M. Tullio: nos uno contenti simus (Fam. 7. 16): *Ego si foris coenitarem, Cn. Octavio familiari tuo non defuissem. Cui tamen dixi, quum me aliquoties invitaret: Oro te, quis tu es? Sed mehercules, extra jocum, homo bellus est; vellem eum tecum abduxisses. Quid agatis et ecquid in Italiam venturi sitis hac hieme, fac plane sciam.*

647. Interrogandi nota constat linea inflexa puncto supposito (?), ut *quid simile?*

In dolore et admiratione multi putant lineam rectam esse oportere, ut *o miserum!* et *quam magna est domus Domini!*

Parenthesis, (quae latine fortasse dici potest *interpositio*), sententiam omnino diver-

sam in mediam conjicit comprehensionem, ac duobus majusculis semicirculis se mutuo aspicientibus indicatur, sic ( ).

At si non omnino sit diversa sententia, satis videtur illam minoribus semicirculis sive lineolis inversis distinguere, idemque servandum, si geminae tantum ternaeve interserantur voces, quales illae sunt, *ut opinor*, *nisi fallor*, et similes.

648. Apostropho rare latini scriptores utuntur. Est autem *apostrophus* semicirculus aversus supra litteram positus, quo significamus vel vocalem rejectam esse, ut *adeon'*, *men'*, *tun'*, pro *adeone*, *mene*, *tune*; vel *s*, ut *sati'*, *magi'*, *virtu'*, pro *satis*, *magis*, *virtus*; quod apud veteres poëtas frequens erat; vel vocalem simul et *s* litteram desiderari, ut *audin'*, *viden'*, *opust'*, pro *audisne? videsne? opus est*: quae apud Terentium et Plautum crebra sunt.

N. B. Neque tamen sumus nescii, alios aliam interpungendi rationem sequi. Nos hanc optimam ducimus, neque tamen alios reprehendimus.

APPENDIX

649. Recentiores grammatici, qui latinorum orthographiae vestigandae dant operam, plura distinguunt temporum spatia, e quibus illud fere censent tamquam optimam scribendi normam proponendum, quod ab anno quinquagesimo post Christum ad Adriani tempora (117) excurrit; eo quod diligentius in hac re ejus temporis grammatici elaborarint. Quare quum haec scribendi ratio ab illa quae inter nos communis est satis differat, visum est catalogum subjicere illorum verborum quae frequentius occurrunt, et in quibus aliqua facta est immutatio; non certe ut temere contra morem adhibeantur, sed ne scriptores inscitiae damnes, si quando haec in libris offenderis (1).

650. *abicio* et *abjicio*.
afui, *afuturus*, *afore* ab *absum*.
adsimulare vel *assimulare*.
adulescens, *adulescentia* etc.
alioqui melius quam *alioquin*, ut *atqui*, *ceteroqui*.
anfractus non *amfractus*.
ancora non *anchora*.
anulus non *annulus*.
attracto vel *attrecto*.
artus, *artare* non vero *arctus*, *arctare*.
baca non *bacca*.
bibliotheca et *bybliotheca*.
brachium.
Brundisium melius quam *Brundusium*.
bucina melius quam *buccina*.
belua et non *bellua*.
caelebs non *coelebs*.
caelum non *coelum*.
caenum non *coenum*.
caespes non *cespes*.
cena non *coena*.
coclea saepius quam *cochlea*.
comminus non *cominus*.
condicio non *conditio*.
contio non *concio*.
cotidie vel *cottidie* non *quotidie*.
delenio non *delinio*.
demo, *dempsi*, *demptum* non *demsi*, *demtum*.
dicio non *ditio*.
discidium non *dissidium*.
dumtaxat non *duntaxat*.
elleborus saepius quam *helleborus*.
epistula non *epistola*.
erus non *herus*.
faenum non *foenum*.
faenus saepius quam *fenus*, minime *foenus*.
femina, *fetus*, *fecundus* non *foemina* etc.
fetialis non *fecialis*.
frenum non *fraenum*.
futtilis saepius quam *futilis*.
genetivus, *genetrix* non *genitivus* etc.
glaeba non *gleba*.
haedus non *hoedus*.
Hamilcar, *Hannibal*, *Hasdrubal* non *Amilcar* etc.

(1) Confer Benoist-*Virgile vol.* 1, *introduction.* — Édon-*Écrit. et pronont. lat. cap.* 4, *n.* 37 *seqq.*—Guardia et Wierzeyski-*Grammaire de la langue latine. Première partie, livre* 3, *appendice.*

harena saepius quam *arena*.
harundo saepius quam *arundo*.
hedera saepius quam *edera*.
hejulo, *hejulatio* non *ejulo* etc.
Hiberus, *Hister* non *Iberus*, *Ister*.
holus saepius quam *olus*.
ilico non *illico*.
immo non *imo*.
inclitus et *inclutus* minime *inclytus*.
indutiae non *induciae*.
infitiae, *infitior* etc. non *inficiae* etc.
intellego, *intellegentia* non *intelligo* etc.
Juppiter saepius quam *Jupiter*.
lacrima minime *lacruma*, *lachrima*, *lacryma*, *lachryma*.
lautumiae non *latomiae*.
letum non *lethum*.
litus non *littus*.
maereo, *maestus* etc. non *moereo* etc.
Mauretania non *Mauritania*.
mercennarius non *mercenarius*.
multa, *multare* non *mulcta* etc.
ne affirmandi particula, minime vero *nae*.
neglego, *neglegentia* non *negligo* etc.
nequiquam et *nequicquam* minime *nequidquam*.
nunquam melius quam *numquam*.
oboedio et non *obedio*.
obstipesco, *obstipui* non *obstupesco* etc.
paenitet non *poenitet*.
paenula non *penula*.
percontatio, *percontator* non *percunctatio* etc.; *percontor* saepius quam *percunctor*.
pilleus, *pilleum*, *pilleolus* non *pileus* etc.
prelum non *praelum*.
pro interjectio non *proh*.
proelium non *praelium*.
quadriduum non *quatriduum*.
quattuor saepius quam *quatuor*.
quicquam, *quicquid* saepius quam *quidquam* etc.
raeda saepius quam *reda* nullatenus *rheda*.
reccidi (a *recido*) saepius quam *recidi*.
Regium non *Rhegium*.
reppuli, *repperi* (a *repello* et *reperio*) non vero *repuli* etc.
scaena non *scena*.
sescenti non *sexcenti*.
setius non *secius*.
solacium non *solatium*.
sollers, *sollertia* non *solers* etc.
suboles non *soboles*.
sucus non *succus*.
sulpur et *sulphur* non *sulfur*.
suscenseo saepius quam *succenseo*.
taeter non *teter*.
tanquam melius quam *tamquam*.
unquam melius quam *umquam*.
Vergilius, *Verginius* non *Virgilius* etc.
vilicus non *villicus*.
vinolentus et *vinulentus*; *formidolosus* et *formidulosus* etc.
virectum non *viretum*.
umerus non *humerus*.
umidus, *umor* non *humidus* etc.
Volcanus saepius quam *Vulcanus*.

A. M. D. G.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

RES ET VERBA PRAECIPUA

Numeri designant paragraphos

A

A, ab ad tempus signif. 303 — quibus litteris praeponantur 439.
Abalieno constr. 327.
Abdico constr. 322.
Abduco constr. 327.
Abello constr. 327.
Abhinc constr. 304.
Ablativus sing. 3.ae in *i* 73 — plur. 4.ae in *ubus* 78 — multa subst. habent tantum ablat. sing. 88—ablat. qualitatis 258 et 271—partis 271 et N. B. 1.°—absolutus 63, not. 2.ª et 419, seqq.
Abripio constr. 327.
Abscedere incepto 307, N. B. 2.°
Abscindo quantit. 514, N. B.
Absisto cum infinit. 380.
Absolvendi verba constr. 312 seqq.
Absonus constr. 268 et N. B.
Abstineo constr. 327, 328 et N. B.—cum genit. 475, 4.°
Abstraho constr. 327.
Absum constr. 334 et 344.
Abundans constr. 264.
Abunde cum genit. 441.
Abundo cum genit. 49—constr. 342.
Ac 452.
Acatalecticum membrum 582.
Accedit constr. 358 — cum subj. vel indic. 387, N. B. 3.°
Accedo constr. 334.
Accentus quid et quotuplex 633—distinguendus a quantitate et ab ictu ib. not. — *acutus, gravis, circumflexus* 634—regulae 635 — exceptiones 636 seqq. — encliticae 638—procliticae 639—in verbis graecis 640 in hebraeis 641—servandus usus 641, N. B. 2.° et not.
Acceptus cum dat. 413, N. B. 1.°
Accidentia 4.
Accidit constr. 358 — cum subj. 387.
Accipio constr. 327.
Acclamo constr. 334.
Accomodatus 270, N. B. 2.°
Accubo constr. 334.
Accumbo constr. 334.
Accusandi verba constr. 312 seqq.—cum *quod* 391.
Accusativus sing. 3.ae in *im* 72—ante infinit. 57—graecus 274, N. B. 3.° — accus. cognatus cum verb. neutr. 339—accus. communis *hoc, id* etc. 340 — accus. adjectivorum neutr. 340, N. B.
Acna 194.
Actus 194.
Ad (in) ad tempus signif. 303 — significat propinquitatem 305, N. B. 4.°—*ad me* (à mi casa) 306, N. B. 1.°—*ad multum diei* 260, N. B. 1.°
Addo constr. 315.
Adduco cum subj. 388.
Adeo constr. 341.
Adhaereo constr. 334.
Adhaeresco constr. 334.
Adhibeo constr. 315.
Adjectivum; ejus species 102 — ejus gradus 103 — casus in *i, ia, ium* 104—quaedam carent neutro plurali ib. obs. — anomala 105, seqq. adj. pro loquutione hisp. 248, N. B.—adj. cum genit. 259, 260 — cum genit. vel dat. 261, seqq. — cum genit. vel ablat. 264, seqq.—cum dat. 267, seqq.—cum dat. vel accus. 270 — cum ablat. 271, seqq.
Adjicio constr. 315.
Adjungo constr. 315.
Admisceo constr. 315.
Admodum cum positivo 447, N. B. 2.°
Admoveo constr. 315.
Adonius 592.
Adstringo constr. 313.
Adsum constr. 334.
Adulor constr. 334 et 350.
Adverbium quid? 170— ejus species 171-174—unde formentur 175—adverbii constr. 440 seqq. — adverbia superlativa cum genit. vel ablat. 441 et N. B.—adverb. cum dat. 444—adverbia in *um* cum positivis, in *o* cum comparat. 447, N. B. 5.°—nomen pro adverbio 465.
Adversor constr. 334.
Aegre fero cum indic. vel subj. 390.
Aequalis constr. 262.
Aequi bonique facio 299, N. B. 4.°

Aequum est effertur indicativo 375—cum inf. 379, 1.°
Aestimandi verba constr. 299 et N. B. 2.°
Aetas quo pacto exprimitur 273, N. B. 3.°
Affatim cum genit. 441.
Affero constr. 315.
Afficio constr. 322 et 323.
Affinis constr. 267.
Affirmo cum infinit. 382 — cum *fore ut* 386.
Affulgeo constr. 334.
Africa provincia 256, N. B.
Age 182.
Aggredior constr. 341 — cum infinit. 380.
Agnosco constr. 327.
Agò cum subst. *annus* 273, N. B. 3.°
Ἀγωγή 576, not.
Ajo conj. 144.
Alcaicus versus enneasyllabus 607, 1.°—decasyllabus ib. 2.° — hendecasyllabus ib. 3.°—metrum alcaicum 1.um 624.
Alchmanius versus 594—metrum alchmanium 613.
Alienus constr. 263, N. B.
Aliquis decl. 113, 2.ª — *alicui* pronunt. ib. not.
Aliter ac 399, α, 1.°
Alius decl. 106—*alius qui, ac*, etc. 289, N. B. 1.°—*alius atque* 399, α, 1.°
Alligo constr. 313.
Alter decl. 105—*alterius* pronunt. 105 et 504.
Amabo cum imperat. 370, N. B. 1.°
Amens animi 475, 5.°
Amicio constr. 322.
Amicus constr. 267 et 269, N. B. 3.°
Amoveo constr. 327.
Amphora 195 — *amphorum, dracmum* gen. plur. 70, 1.ª
An 402, β.—*an non* ib.— *an* pro *ne* ib. α, N. B. 1.°
Anacoluthon 466.
Anacreontici iambi 600, N. B. 2.°
Anacrusis 580, α, 1.°
Anapaestus 579 — rhythmus anapaesticus 595.
Anaphora 453.
Ando hisp. quo modo vertendum 58, 63—*ando* et *habiendo* hisp. 394, α, N. B. 1.°
Anastrophe 472, 1.°
Andreas accent. 640, N. B. 1.°
Anhelo constr. 338.
In animo habeo cum infinit. 380.
Animum induco cum infinit. 380.
Animadverto constr. 344 — cum infinit. 382.
Anomala subst. 80 seqq.
Ante ad tempus signif. 304.
Antecedens relativ. 53, 250 — iteratur ib. N. B. 2.°— plura antecedentia 254— antecedens prononem neutr. ib. N. B. 2.°—postponitur relativo 253 — omittitur ib. N. B. 3.°
Antecedo constr. 335.
Antecello constr. 335, N. B.
Anteeo constr. 335.
Anteponendi verba constr. 314.
Antequam 400, γ — accent. 638, N. B.
Antesto constr. 335, N. B.
Antevenio constr. 335, N. B.
Anteverto constr. 335.
Antithesis 206.
Apage 182—constr. 450, N. B.
Aphaeresis 206.
Apocope 206.
Apodosis 644.
Apostrophus 648.
Appareo constr. 334—*apparet* cum infinit. 379, 1.°
Appeto cum infinit. 380.
Applaudo constr. 334.
Applico constr. 315.
Appono constr. 315.
Appositio 225.
Appropinquo constr. 334.
Aptus constr. 270 et N. B. 2.° —cum gerund. dativi 423, 2.°—cum gerund. accusativi 423, 3.° — desideratur 461.
Apud cum nomine personae 305, N. B. 4.° — significat propinquitatem ibid.
Arceo constr. 327—*arcere tecto* 307, N. B. 2.°
Archaismus in declinatione 477 seqq.—in verbo *sum* et composit 481, 482 — in 1.ª conj. 483—in 2.ª 484—in 3.ª 485, 486—in 4.ª 487—in anomalis 488—in constructione 489 seqq.
Archilochius minor versus 593—iambelegus 608—major 609—metrum archilochium 1.um et 2.um 612 — 3.um 619—4.um 620.
Arguo cum infinit. 382.
Aro constr. 338.
Arpinas, nostras etc. accent. 636, 2.°
Arrideo constr. 334.
Ars metrica 574 seqq.—harmonica ibid. — orchestrica, ibid.
Arsis 576 et not. 578.
As 196.
Asclepiadeus minor versus 604— major 605—metrum asclepiadeum 1.um et 2.um 610, not. — 3.um 624 — 4.um 616—5.um 623.
Aspergo constr. 318.
Assentor constr. 334.
Assideo constr. 334.
Assimilatio 208, 8.ª-10.ª
Assuesco constr. 334.
Assuetus cum infinit. 380.
Assurgo constr. 334.
Asynarteti versus 585, N. B. 4.°
Asynthelon 453.
At (ast.) 456.
Atque 452.
Atqui 456.
Attendo constr. 336, N. B. 1.°
Attinet constr. 360.
Attribuo cum part. in *dus* 417.
Auctor sum cum subj. 388.
Audeo cum infinit. 380.
Audio constr. 326 et 327 — cum infinit. 382—*audito* 421 — *auditus* cum dat. 413, N.

B. 1.° — *audin* accent. 636, 2.° γ.
Aufero constr. 326, N. B. et 327.
Augeo constr. 318.
Ausim 141.
Aut 454.
Autem 456.
Auxilior constr. 334.
Auxim 141.
Ave 141.
Aveo cum infinit. 380.
Averto constr. 327.
Avoco constr. 327.
Axim 141.

B

Basis 584.
Belli 305, N. B. 1.°
Bello constr. 336, N. B. 2.°
Benedico constr. 334.
Benefacio constr. 334.
Benevolus constr. 267, N. B. 1.°
Bes 192.
Biduo, triduo, 301.—*Bidui* pro *biduo* 475, 5.° — *bilis* finit. constr. 268.
Blandior constr. 334.
Bonus cum gerund. dativi 423, 2.°— desideratur, 461.
Βουκόλιαμβος caesura 590.
Brachycatalecticum membrum 582.

C

C 65, obs. 3.ª — ejus sonus ib. not.
Cadus 195.
Caenatus et *incaenatus* 445.
Caesura 587 — ejus species 590—non est syllaba sed pars carminis 590, not.
Calendae 189 — constr. 248, N. B.—suppletur *ante* 301, not.
Calleo constr. 338.
Capio 327.
Capitis condemnare 312.
Captus constr. 271, N. B. 1.°
Careo constr. 342 — cum genit. 490—cum accus. 493.
Carus constr. 267.
Cassus constr. 273, N. B. 1.°
Casus 68— anomala casu 88.
Castigo constr. 313, N. B. 2.°
Catalexis in syllabam et in dissyllabum 582.
Causa 62, 294— cum participio ib. N. B. 2.° — cum praep. ib. N. B. 3.°
Causales propositiones 394.
Caveo constr. 334 et 344 — cum subj. 388 et 389.
Cē additur demonstrativis 29.
Cedo constr. 450, N. B.—*cedere loco, urbe, vita* 307, N. B. 2.°
Cedo 141.
Celo constr. 319, 320 et N. B. 2.°
Censeo cum subj. 388 — cum subj., infinit. vel particip. in *dus* 381, N. B. 5.°
Certior constr. 266.
Certo constr. 336, N. B. 2.°
Cesso cum infinit. 380.
Chiasmus 471, not.
Ciclici pedes 579, not.
Cingo constr. 322.
Circum accent. 637.
Circumdo constr. 318.
Circumvenio constr. 344.
Coepi conj. 440—cum infinit. 380 — cum infinit. pass. 381, N. B. 2.°
Coepio prisc. 488.
Cogito cum infinit. 380.
Cognatus constr. 269, N. B. 3.°
Cognitus cum dat. 413, N. B. 1.°—*cognito* 421.
Cognomen est mihi 333, N. B. 2.° — *nomen Africanus* 256, N. B.
Cognosco constr. 327.
Cogo cum subj. 388.
Cohibeo constr. 327.
Colo constr. 338.
Colludo constr. 336, N. B. 2.°
Commendo cum part. in *dus* 417.
Committendi verba constr. 314.
Commonefacio constr. 311.
Commune verbum ; constr. 347.
Communia (κοινά) poemata 640, not.
Communis constr. 261 et N. B. 2.°
Commuto constr. 322.
Comparativum 103 et 109 — anomala 110 et 111—comparativum cum ablat. 279—cum *quam* 280—necessario *quam* 281—duplex comparativum ib. 1.° N. B.—necessario ablat. 282 — melius ablat. 283 — adverbia in *o* ib. N. B. 2.°—cum genit. ib. N. B. 3.° — ponitur absolute ib. N. B. 4.° — *quam ut* vel *qui* 284 — *plus quam* 285— comparativum et superlat. participiorum 413, N. B. 2.°
Compendia scripturae 198, 199.
Comperio cum infinit. 382.
Compertus cum dat. 413, N. B. 1.°
Compleo constr. 322— cum genit. 475, 4.°
Complementum objectum, attributum 243, not.
Compos decl. 104—constr. 259.
Compositum *proprium, improprium, attributivum, objectivum, possessivum*, 239— regulae compositorum 240 —particulae compositionis 241. — *Composita;* decl. 79—*composita* verba repetunt praep. 334, N. B. 2.°— composita verba ex *ad, in, ob, prae, sub* constr. 314 —compositorum quantit. 501, 552.
Concedo cum subj. 388.
Concordantiae ab initio componendae 8—concordantia subjecti et verbi 54, 243—quum sunt plures nominativi 245 seqq.— cum nominativis collectivis 247, N. B. 2.°—concordantia adjectivi cum subst. 52, 248 — cum subst. conjunctis 249 — intercedente *cum* 249, N. B. 2.°— relativi cum antecedente 53, 250—cum pluribus antec. 251.

Concurro constr. 336, N. B. 2.°
Condicionales propositiones 397 seqq.
Condiscipulus constr. 269, N. B. 3.°
Conducit constr. 358.
Conduco constr. 327 — cum part. in *dus* 417.
Confert constr. 358.
Confido constr. 334.
Congius 195.
Conjicio constr. 327.
Conjugationes 45 seqq. — quo modo exercendae 46 —conj. 3.ª in *io* 122—periphrastica 125— conjugatio periphrastica quid significet 367—indicativo effertur 375 — conjugatio verborum juxta recentiores 220 seqq.—conjugationum conspectus 231—conjugatio thematica, athematica 237.
Conjunctio quid? 476—ejus species 477 — praepositivae et postpositivae 480, 481 — migrant in adverbium 481 — constr. 451 seqq.—conjunctiones coordinantes 451 — *copulativae* 452 — *disjunctivae* 454 — iterantur 453 et 454 — si verbum est in imperativo aut subjunctivo 455 — *adversativae* 456—*causales* 457 —*illativae* 458.
Conor cum infinit. 380.
Conscius constr. 263.
Consentaneus constr. 268.
Consequutio temporum 403 seqq.
Consilium capio cum infinit. 380.
Consona 66 — consonarum divisio 204—quae possunt esse initio aut in fine 208, 1.ª-3.ª—quo pacto mutentur ib. 5.ª-13.ª — consona habet dimidiatam moram 498 — vocalis ante duplicem consonam ib.
Constat constr. 358.
Consterno constr. 322.
Constituo constr. 309 N. B. 5.° — cum subj., infinit., vel particip. in *dus* 381, N. B. 5.°
Consto constr. 343 et N. B.
Consuesco cum infinit. 380.
Consuetus cum infinit. 380.
Consulo constr. 344.
Contemptus cum dat. 413, N. B. 1.°
Contendo constr. 327 et 336, N. B. 2.°—cum infinit. 380.
Contentus constr. 272.
Contineo constr. 327 — cum subj. 389.
Contingit constr. 358 — cum subj. 387.
Contra quam 399, α. 1.°—*contra ac (atque)* ib. β. 1.°
Contrarius constr. 267.
Convenio constr. 344.
Convenit constr. 358 — effertur indic. 375.
Convinco cum infinit. 382.
Coordinatio 363 et 451 seqq.
Copiae et *inopiae* verba constr. 342.
Copiosus constr. 264.
Corripio constr. 343 N. B. 2.°
Credo constr. 315 — *creduim* 141 — *credito* 421 — *credor* cum infinit. 380.
Creor constr. 56.
Cretus constr. 273, N. B. 2.°
Cubitus 193.
Cuicui pro *cujuscujus* 401, α. 3.° not.
Culleus 195.
Culpo constr. 313, N. B. 2.°
Cum postponitur 436.
Cumulo constr. 322.
Cupio cum infinit. 380—cum particip. praet. 381 N. B. 6.°
Cur 402, β, N. B. 2.°
Curo cum subj. 388 — cum part. in *dus* 417.
Curro cum accus. 339 et N. B.
Cyathus 195.

D

Dactylus 579—rhythmus dactylicus 589 seqq.
Damnandi verba constr. 312 seqq.—cum *quod* 391.
Dandi verba constr. 344—*do* cum dupl. dat. 316— *dare litteras* 317, N. B.
Dativus communis 59— dativus plur. 1.ae in *abus* 70, 1.ª—dativus commodi pro genit. aut adject. 334, N. B. 3.° — dativus pro genit. post subst. 257, N. B. 3.°
De interponitur 437.
Debeo effertur indicativo 375 —cum infinit. 380.
Decempeda 193.
Decerno cum infinit. 380— cum subj., infinit., vel particip. in *dus* 381, N. B. 5.°—cum subj. 388.
Decet constr. 359 — effertur indicativo 375 — cum infinito 379, 1.°
Declarandi verba constr. 314.
Declinationes nominum 6 seqq. — Nomina declinationis 1.ae et 5.ae 18 — adjectivorum 21 seqq.
Declinatio 1.ª — gen. sing. in *ai* et *as* 70, 2.ª— gen. plur. in *um* 70, 1.ª—dat. plur. in *abus* ib.—2.ª nomina in *ius* gen. sing. 71, 3.ª — voc. sing. ib. 1.°—gen. plur. ib. 4.ª—3.ª accus. sing. in *im* 72 — ablat. sing. in *i* 73 — gen. plur. in *ium* 74—nom. plur. in *ia* 75 — dat. plur. ib.—quo modo genit. sing. dignoscitur ex nominativo et vice versa 76 et 77— 4.ª dat. plur. in *ubus* 78— 5.ª caret gen. et dat. plur. 18, obs.
Declinatio graeca 184 seqq.
Declinationes juxta recentiores quot 210 et 217—decl. 1.ª 211 — decl. 2.ª 212— decl. 3.ª 213, 214—decl. 4.ª 215.—decl. 5.ª 216.
Dedecet constr. 359.
Defendo cum dat. 475, 7.°
Defero constr. 315.
Deficio constr. 336.
Deinde accent. 638, N. B.
Dejicere honore, etc. 307, N. B. 2.°
Delectat constr. 359.

Delector constr. 354.
Demittere Orco 309, N. B. 7.°
Demonstrativa 29 seqq. — in oratione primaria 290, 291 —in orat. subjecta 292, 293 pro reciproco 293, N. B. 4.° — frequenter ponuntur initio 470, 5.°, α.
Demonstro constr. 345—cum infinit. 382.
Denarius 196.
Deponens verb. 116—conjug. 123—passivum 124—semideponens ib. — deponens pass. constr. 348 — activ. constr. 349 seqq.
Dericata, quantit. 501, 552.
Derivatio nominum 233 seqq. —verborum 237, 238.
Desinentia 209.
Desino cum infinit. 380—cum infinit. passiv. 381, N. B. 2.°
Despectus cum dat. 113, N. B. 1.°
Despero constr. 336.
Desum constr. 334.
Deterreo constr. 327 — cum subj. 389.
Deus voc. sing. 71, 1.ª—plur. ib., 2.ª
Deunx 192.
Dextans 192.
Dextra laevaque 305, N. B. 3.°
Diaeresis 588, 2.°
Dicatalecticum membrum 582.
Dico cum infinit. 382 — cum subj. 383, N. B. 5.°—frequenter desideratur 461—accent. in comp. 639, N. B.
Dicolos (versus), tricolos etc. 583.
Dicor cum infinito 379, 2.°—usurpatur personaliter 381, N. B. 7.°
Dies habet genit. plur. 48.
Differo constr. 344.
Difficilis cum sup. in *u* 428—cum *ad* et gerund. ib. N. B.
Digitus 193.
Dignor constr. 352, N. B. 2.°
Dignus constr. 272 et N. B.
Dilectus cum dat. 113, N. B. 1.°
Dimeter (versus) trimeter etc. 584.
Diminutiva 69, 235.
Dipodia 580, β.
DIPHTHONGI 66—*propriae* 203 — *impropriae* ib. not. — diphthongus longa 505 — ante vocal. brevis ib. et 549.
Disco constr. 326 et 327 — cum infinit. 380.
Discordo constr. 336, N. B. 2.°
Displiceo constr. 334.
Dissimilatio 208, 11.ª
Dissideo constr. 336, N. B. 2.°
Distichon 611.
Disto constr. 336, N. B. 2.°
Distributiva 108—usus 277—cum subst. singulari 278.
Diversus constr. 273.
Dives decl. 104—constr. 264.
Do operam cum subj. 388—*do* cum part. in *dus* 447.
Doceo constr. 349 et 320.
Doctus constr. 259, N. B.
Dodrans 192.
Doleo constr. 338 et 358—cum indic. et subj. 390 — habet part. in *dus* 448, N. B. 2.°
Dominor constr. 330, N. B.
Domus decl. 87 — *domi militiaeque* 305, N. B. 1.° et 2.°
Donec 400, γ.
Dono constr. 348.
Dubitativi tempora 373.
Dubito an 402, α, N. B. 2.°
Duco constr. 346—composita accent. 636, 2.° δ.
Duim 141.
Dum 400, α. et γ. — *dum ne* 398, 4.°
Dummodo 398, 4.°
Duo decl. 107.
Δυπλάσιον γένος 580, α. 2.°

E

Ea mente 258, N. B. 2.°
Ecce constr. 440.
Ectasis 588, 4.°
Ecthlipis 586.
Edico cum subj. 388.
Edicto 421.
Edo conj. 138.
Efficio cum subj. 388.
Efflagito constr. 327.
Εφθημιμερής caesura 590.
Egenus constr. 264.
Egeo constr. 332.
Ejusmodi ut 396.
Elegiacum carmen 591.
Eligor constr. 56.
Ellipsis 461.
Emo constr. 327.
En constr. 440.
Enallage 465.
ENCLITICAE breves 505—encliticae *quae*, *ve ne* accent. 638 — aliae encliticae ib. N. B.
Enim 457.
Eo conj. 136 — composita in voce pass. 137.
Eo cum genit. 442, N. B. 2.°
Epenthesis 206.
Epodicus versus 583.
Er finita amittunt *e* 11, 23.
Ergo 458 — cum genit. 441 — accent. 637.
Eripio constr. 326, N. B.
Erubesco cum infinit. 380.
Erudio constr. 324 et N. B.
Eruditus constr. 259, N. B.
Est vitium cum subj. 387.
Et 452.
Etenim 457.
Etiamsi 399, α, 3.° et β, 3.°
Etsi 399, α, 3.°
ETYMOLOGIA quid? 200—*Etymologia* 232 seqq.—etymologica analysis 242.
Evado constr. 56.
Ex ante diem 301, not.
Excessus 62, 294.
Exhalo constr. 338.
Exigo constr. 327.
Existo constr. 56.
Exopto cum infinit. 380.
Exordior cum infinit. 380.
Exoro constr. 319, N. B.
Exosus constr. 414.
Expedio constr. 322.
Expedit constr. 358.
Expeditus cum gerund. accusativi 423, 3.°
Expeto cum infinit. 380.
Explco constr. 322.
Explico constr. 345.
Explorato 421.

Exploratus cum dat. 113, N. B. 1.°
Extorris constr. 273, N. B. 1.°
Extra quam si 399, β. 2.°
Extremus (al fin) 248, N. B. et 260, N. B. 2.°
Evenit constr. 358 — cum subj. 387.
Everto constr. 322.

F

Facile cum superlat. 447.
Facilis cum gerund. accusativi 423, 3.° — cum sup. in *u* 428 — cum *ad* et gerund. ib. N. B.
Facio conj. 122 — composita 135.—*Facio tibi fidem* 314—constr. 348, N. B. — cum subj. 388—frequenter desideratur 461 — accent. in comp. 639, N. B. — *Facere gratum* cum ind. vel subj. 390.
Fallit cum infinit. 379, 1.°
Familiaris constr. 267 et 269, N. B. 3.°
Fari conj. 141.
Fas cum sup. in *u* 428.
Fastidio cum genit. 490.
Fateor constr. 351.
Faveo constr. 334.
Faxo 141.
Fenero constr. 345.
Fero conj. 131 — composita 132 — *aegre fero* cum infinit. 382.
Feror cum infinito 379, 2.° et 380 — usurpatur personaliter 381, N. B. 7.°
Fertilis constr. 264.
Fidelis constr. 267.
Fido conj. 124—constr. 334.
Fidus cum genit. 475, 3.°
Figurae 206 et 459 seqq.
Filia dat. plur. 70, 1.ª
Filius voc. sing. 71.
Fio conj. 134. — constr. 56, 347, N. B., 348 et 503 — *fit* cum subj. 387.
Flagito constr. 319 et 327.
Flexio 67 et 210.
Flocci aestimo 299, N. B. 1.°
Fluo constr. 342 et N. B. 1.°
Fodio constr. 338.
Fore ut cum subj. 386.
Fraudo constr. 322.
Fretus constr. 272.
Frugi homo 88.
Fruor constr. 352 — habet part. in *dus* 448, N. B. 2.°
Fugio cum infinit. 380.
Fugit constr. 359—cum infinito 379, 1.°
Fuit hoc in cum subj. 387.
Fungor constr. 352.
Furor constr. 350, N. B.
FUTURUM infinit. pass. quodnam sit 50, not.—Futurum imperativi 369—fut. indic. pro imperat. 370 — fut. pass. infiniti 385, N. B. 3.° —suppletur 386—fut. 2.um in verbis pass. et depon. 386, N. B. 3.° — *Futurum ut* cum subj. 386.—Futurum *amasso*, *monesso* pro *amavero*, *monuero* 483, 484—futur. infinit. *amassere* 483—futurum imperf. 4.ae conjug. in *ibo* 487 — futurum infiniti fixum 496.
Futurus constr. 348, N. B.

G

Gaudeo conj. 124—cum infinit. 282 — cum ind. vel subj. 390.
GENERA nominum 89 — ex significatione 90-93 — ex term. 94 seqq.—1.ae et 5.ae decl. 94 — 2.ae et 5.ae 95 — 3.ae 96 seqq.
GENITIVUS possessionis 61—genitivus plur. 1.ae in *um* pro *arum* 70, 1.ª — gen. sing. 1.ae in *ai* et *as* ib. 2.ª — genitivus sing. 2.ae in *i* contr. 71, 3.ª—plur. in *um* ib. 4.ª — gen. plur. 3.ae in *ium* 74—genitivus *definitivus*, *explicativus*, *appositivus* 256, N. B. — post substantiv. 257 — dativus pro genit. ib. N. B. 3.° — genitivus qualitatis 258.
Genus par, duplum et sesquialterum 580, α. 2.°
Gero tibi morem 314.
GERUNDIA constr. 60—activa constr. 422 — gerund. genitivi 423, 1.°—dativi ib. 2.° —accusativi ib. 3.°—ablativi ib. 4.° — infinitus pro gerundio ib. N. B. — gerundia passiva 424—quae accusativo gaudent, passive efferuntur 425 — gerundia genit. admittunt accus. 426 — gerund. in *di* cum genit. plur. ib. N. B. 1.° — Infinitus pro gerundio 423, N. B. et 476, 2.° et 3.°
Glorior constr. 353—cum infinit. 382.
Glyconius versus 603.
Gratulor constr. 351, N. B.
Graeca declinatio 1.ª 184—2.ª 185—3.ª 186, 187.
Graecolatinae voces; quantit. 555 seqq.
Gratulor constr. 334 — cum indic. et subj. 390.
Gratus constr. 267.

H

H 65, obs. 5.ª
Habeo cum part. in *dus* 447.
Habeor constr. 56.
Habilis constr. 270.
Haud accent. 639, N. B.
Haereo constr. 334.
Haurio constr. 326.
Hei cum dat. 450.
HELLENISMUS 473 — in concordantia 474—in nomine 475—in verbo 476.
Hemina 195.
Ἡμιόλιον γένος 580, α. 2.°
Hendiadys 468.
Heterogenea subst. 81.
Heteroclita subst. 86.
Heu cum nom. vel voc. 449 —cum dat. ib. N. B.
Hexameter versus 584, 589 seqq.— dicatalecticus 591.
Hipponacteum metrum 617.
Hoc constr. 260, N. B. 3.°
Homilia accent. 640, N. B. 1.°
Horrendum stridens 340, N. B.
Horreo constr. 338.

Hortor cum subj. 388.
Huc cum genit. 442, N. B. 2.°
Humi 305, N. B. 1.°
Hypallage 467.
HYPERBATON 469 seqq.—ejus species 472.
Hypercatalecticum membrum 582.
Hypermeter versus 584.
Hypotaxis 363.

I

I vocalis et consonans 65, obs. 1.ª
Iambus pes 579 — rhythmus iambicus 597 seqq. — metrum iambicum 614.
